



2586

A78 NSO.



w.M.P. 1586. 814 Hr. 866

DISPUTATIO
THEOLOGICA, DE
DISTRIBVTIONE EV-
charistiae, sub altera tantum, vel
vtraq; specie.

IN THESES DIGESTA.

Ab

Emanuele à Vega, Societatis IESV, in Academia
Vilnensi, Professore Theologo.

46301



Excuse Vilnae, 1586

Permissu Superiorum.

ESTY. XXXII, 285-286



344

Disputatio

DE DISTRIBVTIONE EV-
charistiae, sub altera tantum, vel
vtraq; specie.

P A R S P R I M A.

Quod sub altera tantum specie non minùs, quam sub v-
traq; non totus modò Christus, quò ad corpus, animam,
& Diuinitatem, sed effectus etiam omnes, si-
gnificati per species, exhibeantur.

Assertio Prima.



N hac, de Sacrofecte Eucharistiæ vsu sub v-
traq; vel altera dūtaxat specie, disputatione,
(in qua vna sibi de Catholicis triūphū agere
videtur noui, si Dijs placet, Euāgelici) quid
inter nos, et eos conueniat, & qua de re poti-
simū disceptetur, principio statuendū est.

Enim uero cùm in ceteris omnibus ineptiant, tum in hac vna re adeò
despiunt, ut vel sola quæstione, de qua ambigetur, perspicue, &
candidè proposita; & quam inani flatu intumescant. & quam
paruo labore is tumor à nobis deprimi posbit, quisq; non difficul-
ter agnoscat. Primum igitur, nullam hīc de Eucharistiæ Sacra-
menti aut materia, aut forma, aut rei totius, quæ continetur, effe-
ctuumq; qui per species in sensum incurrentes significantur, inte-
gritate, controversiam eſe constat. Nam nos panem & vinum,
ut Christus instituit, non quemcunq; cibum, aut quemcunq; potū,
ut blasphemari quidam faciunt, aſerimus eſe materiam huius Sacra-
menti;

A ij

mentis;

2.

menti; & sub his rem totam significatam, hoc est, Diuinitatem, Animam, Corpus, & Sanguinem Christi, cuicunque damus, & dandam esse profitemur. Neque id Aduersarij inficiuntur, nisi qui cum Illyrico, Nestorio, Manichaeis, & Apollinare, Christi corpus sub pane exangue, & inanime, & sanguinem mortuum, à corpore separatum, sub vino contineri, docent: immemores non minus Christi sententiæ dicentis, Qui manducat me, viuet propter me; quam illius Pauli Doctrinæ, Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Que certè vera esse non possent, si sanguis in Eucharistia à corpore, & anima ab utroque separata esset. Nam cùm in Eucharistia non sit aliud Christi corpus, quam illud unicum, et verum, quod est in cœlo, nec alias sanguis, si illud corpus, quod in cœlo est, anima non caret, nec est exangue, sed continet illum ipsum sanguinem in venis, qui est in Eucharistia, & contrà, hinc idem numero sanguis continetur ab ijsdem venis: profectò illud idem numero corpus, simul erit vinum & mortuum, anima carens & animatum, exangue & sanguine plenum; sanguis item erit corpori coniunctus, & ab eodem omnino separatus, et ab his venis continetur, à quibus non continetur. Quæ esse non posse, quis non videt? Quid, quod Christus non incruente tantummodo in Eucharistia immolareatur, sed realiter, & cruentè, quemadmodum à Iudeo occisus est, si corpus eius inanime cadaueret esset? Deinde, si caro sine spiritu, & Diuinitate datur in Eucharistia, cùm caro (vt Christus docet) non profit quicquam sine spiritu: nihil Christi caro profueret; cùm tamen Christus ipse, eam carnem vitam conferre, affirmet. Demum si caro, sine anima, & Diuinitate, sub pane continetur, cùm caro hæc propter eum dicatur esse Christi, quia est caro subsistens in Diuina persona: si à Diuina persona destituitur, profectò caro Christi non est, quæ in Eucharistia continetur: quemadmodum cum de adoratione egimus, euidentissime demonstrauimus.

In conclusio-
nibus, editis
anno 1585.
Cap. de ado-
rat.

Accedit

II.

Accepit Patrum authoritas, qui nusquam non affirmant, nos in Eucharistia sumere Deum, Christū natum ex Virgine, et paſsum: que in sanguinem, aut carnem seorsim quadrare non posunt. Quod Augustinus apertis verbis docet, cùm ait: Per id, quod Christus integer ascendit in cœlum, illum magnam soluisse, de sua integritate in Sacramento, quæſtionem. Nec minùs Beda, Bernardus, Emīſenus, Concilium Constantiense, Basiliense, Florentinum, & Tridentinum eandem veritatem confirmant: ut nulli dubium eſe poſſit, niſi qui deſipiāt, quin totus Christus viuus ſub vtraviſ ſpecie ſit, & ſumentibus adminiſtretur.

III.

NE verò non integrum à nobis laicis dari Sacramentū, querantur, non quidem quō ad materiam, formam, et rem contentam, ſed quō ad res ipſas, quæ per Sacramentum ſignificantur: & id quoq; initio nobis eſt probandum. Nam (præter totum Christum, quem dari in vnicā tantum ſpecie demonſtruimus) tria præcipue per hoc Eucharistiæ Sacramentum repræſentantur, Commemoratio mortis Christi, Vno fidelium inter ſe, & cum Christo, demum animarum refectione, & nutritio. Ac Commemorationem quidem mortis Christi, Paulus vnius ſpeciei perceptione repræſentari aſſeuerauit, cùm poſt datam ſolam ſpeciem panis, id iubet fieri in memoriam mortis Christi. Quid porro aliud facit idem Apoſtoliſ, cùm omnes nos, ait, vnum corpus eſſe, qui de vno pane par- ticipamus, nulla facta calicis mentione? An non ad vnicam ſpe- ciem, vniōnis noſtræ cum Christo refert ſignificationem? Refectionem verò animarum, & nutritionem, vel ſoliuſ panis, aut ſoliuſ potuſ perceprione, repræſentari, vel inde ſat conſtat; quod in ſpi- rituali refectione cibis & potuſ, (ſi ſpectes effeclum) nullo o- mnino (ſicut nec fames, & ſati) diſtinguantur? Quapropter illa etiam vocabula promiſcue in Scriptura vſurpantur, cùm ad a- nimi refectionem ſignificandam aſſumuntur. Cibauit illum pa-

A iiij.

ne vita

Sermo. 2. de
vbiſ Apost.Beda 1. Co-
rint. 10.Bernar. Ser-
mon. 2. de
Euseb Hōl. 5
de Paſchate,
Cōſt. ſeff. 13.
Basil ſeff. 30.
Trident. ſeff.
23. can. 3.1. Cor. 11.
1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

Eccles. 15. ne vita & intellectus, ait Ecclesiasticus: cùm eandem refectio-
ne, per aqua sapientiae salutaris potationem, statim idem expli-
cat. Et in novo Testamento, Ego sum panis, qui de cœlo de-
scendi, ait Christus: cùm aliâs clamet, Qui sitit, veniat ad me,
Ioan. 6. & bibat.

III.

In hoc igitur uno, vñ totius Causæ consistit: An cùm nemo, ni-
si Apollinaristæ animam, vel Nestoriani Diuinitatem, aut Ma-
nichæi sanguinem adesse simul cum corpore sub panis specie sola,
negare posset: totum verò Christum viuum & integrum corpore,
sanguine, anima, & Diuinitate constantem, nihil proorsus minus
sub vñica, quam sub vtræq; specie dari, inter nos, & Aduersari-
os conueniat: et cùm Christus longè sèpiùs eum, qui se sumpererit
sub altera specie, vitam consecuturum affirmet, quam sub vtræq;
Ioan. cap. 6. aliquando etiâ neutrius speciei faciat mentione, sed quocunq; modo
sumenti vitam promittat, dum ait, Qui manducat me, viuet
propter me) an, inquam, rectè nos Catholici Christum vitam
conferre statuamus, dum sub vñica tantum specie sumitur: an po-
tiùs credendum sit, cum Aduersarijs, Christum ita ab vtræq;
specie pendere, ut nisi bis sumatur, nempe totus sub
vna, & iterum totus sub altera specie,
nobis illum prodeſſe non pos-
ſe credamus?



P A R S S E C V N D A.

Ex Diuinis literis, vtriusq;, vel alterius tantum speciei
ysum liberum à CHRISTO institutum
esse, demonstratur.

Aſſertio

Assertio V.


 N ipso certè limine turpiter labuntur *Aduersarij*, dum suæ causæ fundamentum, firmatum
 satis, ac stabilitum esse illo præclaro (ut ipsi
 quidem videtur) argumento arbitrantur: Christus
 semel *Apostolis* utramq; speciem porre-
 xit: quia ergo non impium, & sacrilegum iudi-
 cauerit, sub altera tantummodo communicaret. Turpiter inquam
 labuntur. Quamuis enim ex eo, quod Christus duas exhibuit ali-
 quando, duas licere dare, optimè inferatur: tamen non licere unam
 solam porrigere, ex eodem ineptissimè concludunt. Quid enim si
Apostolos in illa Ecclesia, quæ *Spiritus sancti* primitias accep-
 erat in Iudea, semper unicam, nunquam utramq; speciem porrexis-
 se *Laicis*, ex Scriptura apertissimè ostenderet? Quid si Christum
 ipsum semel, iterumq; *Laicis* unicam speciem, nunquam utramq;
 nisi *Sacerdotibus*, distribuisse, ex ijsdem Diuinis oraculis demon-
 strauero?

VI.

AGe igitur, ab *Actis Apostolorum* incipiamus. Erant, inquit *Lucas*, perleuerantes in doctrina Apostolorum, & communica-
 tione fractionis panis, & orationibus, seu (ut *Græcus*
 textus habet) in communione, & fractione panis, & orati-
 onibus. Quo quidem loco enumerat *Lucas* exercitia Christiano-
 rum, quæ in suis conuentibus exercebant: quorum primum erat,
 verbi Diuini auditio, secundum, oblationes, seu collectæ, quas il-
 le communionem vocat, quia de suis facultatibus ad praesidentium
 & in opum alimoniam conferebant; tertium, Cœnæ Dominicæ ce-
 lebratio, quam solito nomine fractionis panis expressis quartum
 precatio-nes. Porro per Communionem fractionis panis, ipsum
 intellexisse Eucharistiam, vocare velle in dubium, insanum est.

Alioquā

6.

Alioquin negare etiam oportet Paulum de communione veri corporis locutum fuisse, cum Panem, quem frangimus &c. ait ad Corinthios. Quibus enim ibi verbis Paulus usus est, eisdem plane Lucas hoc loco vtitur.

VII.

Quis credat porro Lucam, cum recenset exercitia pietatis, a Christianis in conuentibus fieri solita, pricipuum eorum, quotidie in eiusmodi religiosis congregatis frequentatum, nimis, Cenam Domini omissem; conuiuum autem profanum numerose et Egregiam vero laudem, et exercitio frequentis communionis merito anterendam, non Epicureis, sed primitiis illis Christianis ascripsisset Euangelista: quod in profanis celebrandis conuiuis (neglecta Cena Domini) & perseverantes essent, & frequentes. Certè textus Syriacus omnem istiusmodi suspicionem penitus tollit, in fractione Eucharistiae, & muneris benedicti eos communicasse, verbis clarissimis assertens.

VIII.

Caluin. 4. in stat. cap. 17. par. 6. 35. Lutherus Tomo 1. Genesi. puncto 18 Melanchton de usu integræ Sacramenti, et Assert. Chemnic. 2. part. Exami nat. ca de vtraq specie pag Gog & de Asterratione Euchari stiæ Smidel. lib de Cena Domini.

Quamobrem pudet Aduersarios ipsos in tam clara luce velle cœcutiire. Itaq de Eucharistia locum intelligendum esse continentur Caluinus, Philippus, Smidelinus, & Lutherus, cum suis. Chemnicius tamen, licet Patres ita sentire, se non ignorare; nec eorum interpretationem reiycere se dicat: tamen ut quoquomodo locum istum in dubium vocet, sequi ex ijs, que diximus ait, Apostolos in unica specie consecrassæ. Quasi vero hic, quid Apostoli, non quid discipuli, ipsorum doctrina instructi, fecerint, à Luca describatur. Si ergo Apostolos Sacramentum tum primis illis Christianis sub unica specie panis distribuisse, Lucas affirmat; & fatentur Lutherus, Caluinus, Philippus, Chemnicius: an non impius est, quicunq utramq vel alteram tantum speciem, iuxta Christi institutum, recte dari posse, non concedit?

IX.

Certè Chemnicij Doctor Lutherus, hunc etiam locum de Eucharistia

7.

ristia intelligendum esse docet: ubi Paulum, postquam baptizatus est, cibum acceperisse, & confortatum esse legimus. Nec iniuria, cum post perfusionem salutaris aquæ communicare solitos fuisse olim adultos, constet. At ibi calicis mentio nulla. Qui locus est quidem verisimilis, & ad Lutheri sectatores conuincendos, firmissimus: sed nos ad nostra, quæ nemo sanæ mentis inficietur, redeamus.

Tō 7. Germ.
Wittberge
edito, Anno
1554. Serm.
de Euchar.
pag. 2.
Actor. 9.

X.

Vna Sabbathi, ait idem Euanglista, cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitq; sermonem usq; in medianam noctem. Quem locum non Patres modo, sed Chemnicius ipse de Eucharistia intelligi oportere affirmat. Neq; enim verba Lucæ de ea re ambigere quenquam patiuntur. Nam in primis dies ipsa, qua hoc factum esse dicitur, id suadet: Vna Sabbathi, inquit Lucas. Sic autem apud Hæbreos dies Dominica nuncupatur: qua die (ut author est Iustinius martyr, ante 1400. annos) Christiani primitiæ Ecclesiæ cœuentus sacros celebrabant, in eiusq; Coene Domini percipienda vacabant, & ijs, quæ supra Lucas explicauit, exercitijs insisterebant. Rei deinde gestæ expositio id ipsum euincit. Narrat enim Lucas Paulum Troade septem diebus mansisse, expectantem unam Sabbathi, id est, diem Dominicam ad frangendum panem. Quis autem erit tam demens, ut Paulum septem dies Troade expectasse, ad frangendum panem, (ut Lucas ait, hoc est, ad conuiuum profanum (quod quidem nouis istis noui Euangelij interpretibus videtur) celebrandum, sibi persuaderet? Quanto aliter Augustinus? Paulus, inquit, hic frangebat panem in die Dominicæ, sicut frangitur in Sacramento corporis Christi, habuitq; & antè, & post celebrata Sacra-menta, sermonem ad populum. Quod si ita est, cum nulla fiat calicis mentio, unica profecto species panis primis illis Christi anis à Paulo dabatur. Quod textus Syriacus etiam confirmat, qui

2. Par. Exam.
pag. 606.

Apologet. 2.

Epist. 86. ad
Casulanum.

8.

ait: Cùm conuenissemus ad frangendam Eucharistiam.

XI.

Tertull. lib.
ad vxorem.

Lib. de Ora-
tione, & lib.

contra Gen-
tes. Iust. Apo-

2. Chrysost.

Homil. 27. in

ca. 11. prio-
ris ad Cor.

In Annotat.
super Acta.

Quo loco aduertendum illud est, ne quam rudioribus difficultatem pariat, aut errorem, quod eodem loco, non multò post citata à nobis verba, conuiuij profani quasi simul sumptu Lucas meminisse videatur. Constat enim ex Tertulliano, Iustino, Chrysostomo, Plinio iuniore, Minutio, & D. Paulo, Christianos, quoties ad sacra sua peragenda congregabantur, solitos fuisse prater Cœnam Dominicam, conuiuum apparare: tum ut esset mensa fraternitatis, tessera amoris, tum ut Eucharistia exemplo Christi in Cœna sumeretur. Beda etiam id ipsum, immo & Beza confirmant. Qui ergo panem consecratum à pane profano non discernendum putant, quia utriusque mentio simul fit, simulque proponebatur Christianis: eos Apostolus obiurgat, quod corpus Domini ab αγέων non diuidicent. Idcirco non multò post separata est Eucharistia ab eiusmodi profano conuiuio; illaque fractione panis, hoc verò αγέων, ut Iudas in sua Canonica testatur, appellatum est. Quid ergo mirum, si mentio fiat profani conuiuij, post panis fractionem; si fractione panis, seu Eucharistia ad Christi exemplū, in profano conuiuio sumebatur?

XII.

HAec tenus Apostolorum, nunc Christi ipsius exempla videamus. Ea verò, licet his, quæ attulimus contraria non esse, tam certò constet, quam liquet, Christum Spiritum, qui ab ipso procedit, contrarium non posse docere: tamen Christum non unicam, sed utramque speciem discipulis, in ultima illa ante mortem suam celebrata Cœna, distribuisse, Aduersarijs concedamus. Neque enim aliud inde, quam nostram sententiam amplectendam esse, concludere possunt. Nam si hic Christus duas, illic Spiritus sanctus per Apostolos unam porrexit: certè, qui vel Christum, vel Spiritum sanctum damnare non vult, & alteram solam, & ambas simul recte dari, concedat necesse est.

Quid

XIII.

Quid verò , si non modò non præcepisse Christum , Speciem vtramq; laicis necessariò dandam esse , sed suo exemplo , vnicam tantum eis porrigenam , docuisse in hac ipsa Cœna , demonstrauero? Sed dic , obsecro , vtramq; Laicis Christus speciem porrexit , an alteram tantum? Imò vero (inquiunt) vtramq;. Cur ergo vnicam tantum speciem discipulis dedisse initio mensæ , testantur Euangelistæ: alteram porrigerere noluisse assertunt , nisi post mensam , quando iam erant Sacerdotes (per hæc verba , Hoc facite , vt vos ipsi cogimini confiteri) consecrati , nisi , ut non Laicis , sed Sacerdotibus alteram quoq; speciem exhiberet? Quid igitur hinc concludent aliud , quād Laicis alteram , Sacerdotibus ambas species esse dandas? Quid , quod non post vtriusq; speciei distributionem , sed , cùm vnicam tantum dedisset , Christum nos iussisse facere , quod ipse fecerat , scribunt Lucas , & Paulus ? Sed aliud eiusdem exemplum proferamus.

XIV.

CVm recumberent (scribit Lucas de Christo , & duobus discipulis in Emmaus) accepit Iesus panem , & benedixit , ac frēgit , & porrigebat illis : & aperti sunt oculi eorum , & cognoverunt eum. Et post pauca , ipsosmet narrantes inducit , quomodo cognoverint eum in fractione panis. Quero ex nouatoribus istis , quidnam per fractionem panis hic Lucas intellexerit? Interpretem Scripturæ alii non admittit Lutherus , præter ipsam Scripturam : quæ , quod minus clare in uno loco dicit , alibi clarius exponit ; vt collatione facta diuersorum locorum , aperte sensus perspiciat. Cū ergo , sicut queq; res alia suo proprio vocabulo , ita sacra Cœna Fractionis panis nomine , à Paulo , Luca & eius discipulo , & Patribus primitiæ Ecclesiæ semper nuncupetur ; vt non modò Scriptura , sed Caluinus , Lutherus , & Aduersarij omnes fatentur: cui , nisi de veritate verborum Lucæ malè sentienti , venire in mentem potest de re alia , quād de hoc Sacramento , quod

B ij

suo

Actor. 2. 20.
1. Cor. 10.
Caluin. insti-
tu. 4. cap. 17.
par. 35.
Luther. To-
z. Germanie
co, Witcb.

in Serm. de Eucharistia, et fraternitatibus. Et Tomo 1. Jenensi, puncto 18.

suo nomine Fractionis panis Lucas appellat, ipsum locutum fuisse. Nemo certe hoc loquendi modo sacram Coenam intelligi, in dubium vocare potest, quin se, ab Apostolo his verbis increpari intellegat: Panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Accedit, quod nemo non videt, non Paulum modò, sed ne insanum quidem ullum, ita locuturum fuisse, nisi, tanquam proprio vocabulo, sacra Cœna, nomine Fractionis panis, censetur. Neque enim alterius, quam Eucharistici panis fractio, communicatio veri corporis Christi appellatur, & est.

XV.

*E*Quidem, si mirabilis effectus eius fractionis panis perpendatur, quo repente sunt discipulorum oculi aperti, seu potius, Divina quadam luce illustrati, ut continuò Christum, quem peregrinū putabant, agnoscerent, quam planum fiet, non de pane communi, sed de Eucharistie Sacramento ibi esse sermonem? Is enim effectus, ut minime pani communi adscribi potest: ita maxime à sanctis Patribus tribuitur Eucharistie. Insinuatur (inquit Theophilactus, eum ipsum effectum eius fractionis panis explicans) quod oculi illorum, qui benedictum panem assumunt, aperiuntur, ut cognoscant Dominum. Magnam enim, & incredibilem vim habet caro Christi. Complura, his persimilia, apud Euthimum, Hesychium, Chrysostomum, & Bedam reperies. Et Augustinus, Non incongruè accipimus, inquit, hoc impedimentum in oculis eorum à Sathanā factum fuisse, ne cognosceretur IESVS: sed tamen à Christo facta est permisso visq; ad Sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus cognosci possit.

XVI.

Theophilac.
in 24. ca. Lu-
ce.

Euthimi⁹ in
24. Lucae, He-
sychius lib. 9
in Leuiticū.
Chrysostō.

Hom. 23. in
Matth. Beda
in 24. Lucae.
August. 3. de
consensu E-
uangelistarū

ca. 25. Serm.
2. & 3. festi
Paschatis, E-
pist. 59. &
Ser. 140.

*A*D hæc, nemo nescit, Consecrare, nihil esse aliud, quam benedicere: cum tam Paulus, quam tres Euangelistæ scribant, benedictione Christi dicentes, Hoc est corpus meum, panem fuisse consecratum.

eratum. Neq; enim Benedicere, est signum imprimere, ut imperiti arbitrantur, (alioqui dicere debuerat Euangelista, signum impres- sit, dicens &c.) sed rei alicui bene precari. Qua ratione Deus be- nedixit Abrahæ, dicens, In semine tuo benedicentur omnes gentes, Similiter & Noe dicens, Crescite, & multiplicami- ni &c. Attamen quando, quid benedicendo sit bene precatus, non exprimitur, sed tantum in genere dicitur, Benedixit (maxi- mè, si addatur materia panis, aut calicis, ut, si dicatur, Calix bene- dictionis, aut Panis, quem benedicimus) illam excellentissimam benedictionem Consecrationis, que per αὐτοῦ μαρτυρίαν absolute Be- nedictio nuncupatur, intelligendam esse, Apostolus ipse explica- uit, cum dixit: Calix benedictionis, cui benedicimus, non ne communicatio sanguinis Christi est? Sicut enim, cum ab- solutè Apostolum nominamus, nullo alio penitus addito, etiam si multi sint Apostoli, tamen excellentissimum Apostolum Paulum per αὐτοῦ μαρτυρίαν omnes intelligunt: sic cum Benedictionis cali- cem scribebant, illum calicem supremæ benedictionis, per αὐτοῦ μαρτυρίαν, Paulus accipi oportere, nos docuit. Quod apud Patres est tam frequens, ut id dissimulare, vel alterius tantum speciei co- iurati hostes, Calvinus, & Chemnicius, non potuerint. Ingenuè enim fatentur, à Paulo, & Patribus sacram Cœnam, Fractionem panis, aut Calicem benedictionis appellari solitam. Illyricus vero plane ait, benedictione calicem consecrari.

XVII.

Quæ cum ita se habeant, cum Lucas affirmet Christum panem benedixisse, & benedictum porrexisse discipulis in Emaus: quam quoero benedictionem intellexit, quam absolutè benedictionem pa- nis: quam et à Paulo, & à Patribus per αὐτοῦ μαρτυρίαν nuncupatam esse, & ex Scriptura didicimus, et ex Aduersariorum confessio- ne probauimus? Quis vero, vel demens, id negauerit, cum eam be- nedictionem, panis fractionem fuisse, in cuius communione disci- pulorum oculi aperti sunt, Lucas ibidem subiicit? Quamuis ergo

B ij

de hac

1. Corint. 10.

Calu. 4. inst.
cap. 17. par.
10. Cheni. 2.
part. Exam.
cap. 2. pag.
66. & 616.
Illyric. cōtra
Sacramenta-
rios.

12.

de hac re nullus, qui pertinaciter veritatis luci non obſtit, du-
bitare poſſe videatur: tamen ſi, quid ad hæc Aduersarij reſpon-
deant, perpendatur, ne obſfirmatiſimo quidem animo quipſiam
non in noſtram deſcendet ſententiam.

XVIII.

Nam ſi non benedixit Christus in Emaus panem, dicens. Hoc
eſt corpus meum: quid queſo ſibi vult illud Lucæ. Benedixit Mē-
ſam (inquiunt) benedixit. At Christum frequenter in conuiuijs
fuiſſe legimus, Lucæ 5. 7. 10. 11. 14. 19. & Ioan. 2. 12. 21. Mar-
ti vltimo: eum tamen nunquam (niſi quando ſtupendum illud mi-
raculum multiplicationis panum, benedictione edidit) panem, a-
ut communem mensam benedixiſſe, ullus Euangelistarum narrat.
Deinde ſi fuiſſet iſta mensa benedictio ordinaria, debuit illa certè
fieri initio, non in medio: debuerunt omnes cibi promiscuè, non pa-
niſ ſolus ſeorsim benedici. Nec opus fuit in manus accipere. Quis
enim cibos in manus accipit, cum benedicit. Nec item vulgare eſt in
benedictionibus, & gratijs agendis, frangere ſolenniter cibos.
Que rāmen omnia Christum feciſſe refert Euangeliſta. Deniq;,
quid ad cibi benedictionem pertinebat, ſua manu porrigere illis:
cum id nunquam ferè, niſi in ſacramentali diſtributione fieri fo-
leat. Quod Chryſotomus aduertens, Dominus, inquit, in via
non ſolū panem benedixit, ſed etiam manu ſua dedit
Cleophæ, & ſocio. Quod autem de manibus porrigitur
ipsa sanctificatio eſt, & sanctificat accipientem.

XIX.

QVid, quod ex Patribus omnibus nullum, qui nobis contradicat,
inuenient Aduersarij: nos verò, quotquot de ea re egerunt, nobis
ſenſiſſe, docebiſmus: Certe Augustinus id aperte docet, vel
in eo ipſo loco in priorem Ioan. Epistolam, quem nobis maximè o-
bjicit Chemnicius. Sic enim ſcribit: Discipuli non eum cogno-
uerunt, niſi in fractione panis. Et verè, qui non ſibi iudici-
um manducat, & babit, in fractione panis Christum agno-
ſcit.

Aug. de con-
ſenſu Euan.
cap. 25. Ser.
2. & 3. de fe-
ſto Paſch. Et
Epift. 59. in
2. Epift. Io-
an. tractat. 2.

scit. Et Sermonē 140. de tempore: *Eia fratres, ubi voluit Dominus cognoscit? In fractione panis. Securi sumus: panem frangimus, & Dominum agnoscimus. Noluit agnoscit, nisi ibi propter nos, qui eum non eramus visuri in carne, & tamen manducaturi eramus eius carnem.* Epist. verò 59. nefas esse ait, ea de re ambigere. Hesychius verò, Inuenimus, inquit, Christum similiter post resurrectionem, per mysticam cœnam, & panis fractionem manifestatum. Nec Hieronymus aliud voluit, cùm ait: *Illam domum, in qua ex fractione panis cognitus est Dominus, fuisse tunc in Ecclesiam consecratam.* Id enim de Eucharistiæ Sacramento dici rectè potuit: *de profano coniuicio non potuit.* Sed Chrysostomus longè illustrius pluribus locis, quibus postea Theophilactus, Beda, OEcumenius, Strabus, Innocentius 3. Paulinus, & alij acceſſerunt.

fecti, & Tomo 5. in Orationē Dominicā. Theophilact. & Beda in eum Luke locum. Hesych. lib. 6. in Leuiticū. OEcumen, et Strab. in Luc. Innoc. 3. li. 6. de Missā, ca. 1. & 9. Paulinus in Epistola 53.

Hesych. lib.
2. cap. 9.

Hierony. in
Epitaphio
Paulæ. Idem
de scriptoriis
bus Ecclesia.
Chrysost. To
mo 2. Hom.
9. & 17. Imps

XX.

Est deniq; tam aperta res, & Patrum sententia confirmata, ut Aduersarij ipsi, & Patres antiquos ita sensisse affirment, & ita sentiendum esse non negent. Quod Christus in Emmaus dederit Eucharistiā discipulis, non reprehendimus: scribit Melanchton. Quem sequitur Chemnicius in Apologia, & ipsa Confessio Augustana. Iam verò, quām ineptè sunt conjecture, quibus Chemni cius nos à tam aperta veritate auocare conatur: Non posuit, inquit, Euangelista verba consecrationis, sed tantum Christum benedixisse panem affirmauit. Fateor: sed quid inde se quatur non video. Hoc nimurum (inquit) vt de benedictione Eucharistiæ minimè sint Euangelistæ verba intelligenda. Præclarè equidem. Quasi verò non constet iam, qualis sit panis, & calicis benedictio: vt si verba ipsa non exprimantur, iam de qua benedictione intelligatur, non sit omnibus manifestum: præfertim, cùm ibidem sacra Cœna benedictionem suo nomine, Fra-
ctionem

Melanch. li.
de ysu inter-
gri Sacram.
Chemnic. 2.
parte Exam,
cap. de com-
mun. sub v-
tragi specie.
Apolog. con-
fes. Aug. cap.
de vtragi
specie,

14.

ctionem panis appellauerit. Sed mittamus ista. Quis ignorat, nec in hoc, nec in alijs Sacramentis, formæ, seu benedictionis verba in illorum administratione, sed tantum in institutione exprimi solere? Docet id vel ultimum Matthæi Caput, ubi ponitur forma Baptismi, quia ibi baptismi forma instituitur: at quando Actorum 9. 10. 16. narratur Baptismi administratio, omnis omnino mentio verborum benedictionis, seu formæ subicitur.

XXI.

CVm ergo h̄c tutum præsidium habere se non posse Chemnicius animaduerteret, aliud diuerticulum conquisuit. Consecravit, inquit, Christus; non nego: at utramq; eum speciem porrexisse affirmo. Per Synechdochēn enim partem pro toto, hoc est, vnam speciem pro duabus, Euangelista numerauit. At Christum, cūm primum panem porrexit, continuò euauisse testatur Euangelium, & discipuli ipsi Dominum non in porrectione calicis, sed in panis fractione, se agnouisse testantur. Quod si, quoties placet, Synechdoches istas aduocare licet: mihi etiam cur non licebit, cūm duas species enumerauit Euangelista, totum pro parte, id est, utramq; speciem pro altera, per Synechdochēn collocaſſe, aſſeuerares?

XXII.

Chemn. in
2. parte Exa-
mi. pag. 614.

AT ne contentiosus videatur, concedit tandem Chemnicius, Christum consecrass̄e in Emaus, & unicam tantum speciem discipulis porrexiſſe: sed nequaquam, ait, à Christo præceptum est, ut idem faceremus: nego vero Christi exempla imitanda sunt omnia. At primum quād incepit aſſerit? Cur enim præcipiteret Christus sub ſpecie una dari, quod liberum relinquere voluit, vt sub una, vel duabus ſumeretur? An non multò melius prouidit Christus, qui, cūm id liberum eſſe voluiſſet, in Emaus ſemel vnam; & ſemel in Cœna, & quidem A poſtoliſ ſolis, ambas porrexit? Quanquam Laicis unicam tantum speciem dediſſe in Cœna Dominum demonſtrauimus. Deniq; ſi Christi exempla imitanda non ſunt omnia, quād

quād iniquē concludunt Aduersarij, quia Christus utramq; speciem dedit in Cœna, sacrilegè nos Laicū speciem alteram denegare:

XXIII.

Quoniam verò ea est veritatis vis, atq; natura, ut quo magis agitur, eò magis se prodat, nec præteribo argumentum illud, quod maximè vrgent Aduersarij. Paulum (inquit) Corinthijs porrexisse utramq; speciem, tam aperte affirmat Scriptura, ut nec à vobis possit negari. Quasi verò Catholicorum quisquam, tunc temporis dari solitam utramq; speciem gentibus, neget: aut Apostolum utramq; Corinthijs porrexisse non fateatur? At quis Luthe-ranorum vñquam, vt dixi initio, stupidam istam consecutionem (Vtramq; rectè porrexit Paulus Corinthijs. Peruersè igitur alteram porrexit Petrus, & Iacobus Iudeis.) probare poterit? Ne verò Aduersarij, temere à me affirmari dicant, Iudeis sub vñica, gentibus sub duabus, ab Apostoli Sacram Cœnam esse distributam: præterquād quod illud Lucas affirmat, ratio ipsa manifesta persuadet. Quod enim Apostoli in ipsis nascentiis Ecclesiæ incunabulis, se nouorum Christianorum infirmitati, in multis accommodarint, in ijs maximè rebus, quæ à Christo liberae erant relictæ, Sacræ literæ tradunt. Soliti autem erant Iudei ex Sacrificio comedere, bibere nunquam; immò bibere scelus iudicabant inexpiabile: quod non modò Scriptura sèpè docet, sed & Moses de Aegyptijs cù execratione narrat, Eos de victimis comedisse adipes, & bibiſe vinum libaminum. Contrà Gentiles consueuerunt semper & cibo, & potu, Dijs oblatu, vti: vt Paulus etiam explicauit, cùm de Iudeis loquens, cibi mentionem facit, potus nullam: Nonnè, inquit, qui edunt hostias, participes sunt altaris? Ad gentium autem morem alludens, & què meminit cibi, atq; potus. Non potestis, inquit, calicem bibere Domini, & calicem Dæmoniorum. Ne igitur aut illi, qui adhuc tunc erant legis studiosissimi (vt habetur in Actis) horrerent, si de Sacrificio Christi sanguinem sibi bibendum esse audirent: aut isti, sibi mi-

Numer. 15.
& 28.

4. Reg. 33 &
Exod. 32. &
24.

Deut. 32.
1. Cor. 10.

Acto. 18.

16.

Ioan. 6.

nus in Sacrificio Christianorum, quam Gentilium dari putarent;
si eis sanctificatus potus denegaretur: & illos sub cibi tantum
specie, & istos sub specie cibi, & potus, Sacrificij participes fi-
eri, eo tempore expedire decreuerunt; nequaquam id ausuri, nisi a
Christo liberum relictum esse utriusque speciei usum, probe co-
gnouissent.

XXIII.

DEnum, quid tandem ad illa longe clarissima verba Christi,
apud Ioannem (ubi non semel, sed quinques expressè, sumenti u-
nam speciem vitam aeternam promittit) respondebunt? Hic est
panis de celo descendens, ut si quis ex illo manducauerit,
non moriatur. Ego sum panis de celo descendens. Si
quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum, &c.
Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Qui
manducat me, uiuet propter me. Qui manducat hunc pa-
nem, uiuet in aeternum. Quod si eandem etiam vitam promit-
tit (licet non toties) sumenti utramque speciem: an non necessitas
cogit utrumque verum esse, confiteri, nisi alterum falso a Christo
affirmatum esse, velint concedere? An non postulat ratio, ut cum
modo sumenti alteram speciem, modo utramque, vitam promittat
Christus a Christum sumptum credamus vitam conferre, siue is in
una, siue in duabus speciebus nobis porrigitur? Nam quod Luthe-
rus ait alicubi, Hoc capite non disputari de Eucharistia, tam
stupidum est, ut etiam iuratus ipsius discipulus Illyricus contra-
rium plane affirmet: & tam impium, ut qui id afferat, Sacra-
mentarius necessario euadat. Nam qua ratione explicabit iste has
Christi apertissimas sententias; eadem, & longe facilius expli-
cabitur a Caluino, & illa, Hoc est corpus meum, de spirituali
praesentia.

XXV.

AM vero, quam male optimus generis nostri, & salutis cupidis-
simus Seruator consuluisset multis regionibus, in quibus vel rarus,
vel

Illyric.lib.in
Sacramenta-
rios,in 2.par-
te, Argumen-
to 43.

vel nullus est usus vini; si vitam spiritualem, eiusque quotidianum nutrimentum, quod in Cœna consistit, sine vino (nec enim parua vini copia, ad integrum aliquam communiam potu reficiendam requiritur) constare non posse decreuerit. Impium enim est, quod emissarius ille Lutheri Melanchton suadet, nimisrum, ubi vini copia non suppetit, mulsum debere consecrari: longè vero impudenterius, quod nouis, scilicet, in Lituania Zwinglocaluistarum Pontifex Volanus scribit, ut eum, qui in usu communi, versetur, potum consecremus, contra clarissimum Christi præceptum.

XXVI.

Quid autem faciendum esset abstemij, quorum in regionibus calidis, non parvus sane numerus reperitur? An ostendendus est illis Calix, fidesque exigenda, ut aliqui Lutheranorum affirmant? At Christus, bibere, non aspicere calicem iubet. An unicam fortasse speciem satis esse, quandocunque necessitas coget, cum Brentio sentiendum est? At si præceptum Christi est, omittenda potius esset Cœna, quam sacrilege Christi institutio violanda. Nam et si aquæ copia deesset baptizari cupienti, licet vinum suppetret, melius tamen esset non baptizari, quam contra Christi institutionem Baptismi Sacramentum in vino conferre. Ratio sane recta concludit, omnes eos, qui natura vini usu abstinunt, summe præcellenti bono spoliatum iri; si, quod isti temere aſſeuabant, Christus utriusque speciei usum omnino præcepisset.

XXVII.

Non obscurum huius rei exemplar eſſe potest Ioannes nescio quis, Bonifacius, Bernardinus, homo Italus, qui Catholicæ religionis proditor, atque ob eam causam, multis iam annis patria exul, omnes penè Septentrionis oras peruagatus, omniumque heresum, (quamuis Lutheranus videri velit) venenis imbutus, atque hoc Vilnam tandem in Lituaniā delatus. Cui, cum natura à vino abhorreat, ideoque bis sub duabus speciebus Christi corpus, et sanguinem sumere nequeat, proſrus illi denegandum potius Eucharistie Sacramentum existi-

Brent in A-
pol. confessio-
nis Wittib.
par. 2. fol.
118. &c 834.



46 301

märune

mārunt Lutherani Ministri Vilnenses, quām totum corpus, & sanguinem Christi sub una panis specie concedendum. Quanquam ille id sibi in Germania paſſim non negatum sancte (sanctus, scilicet, Anachoretes) affirmat. Sed noui Euangelij nouum sanctum miſsum faciamus, & noſtra, quæ cœpimus prosequamur.

XXVIII.

Quis porrò, si Ecclesiæ, longè charifimæ Christi ſponsæ, promiſa expendat, de re proposita poſſet iure dubitare? Si enim Christus diſertis verbis toties, totiesq; pollicetur, ſe ſuam nunquā Eccleſiam, in rebus ijs, in quibus noſtra ſalutis continentur, diſerturum: profeſtò in errorem eam labi nequaquam patietur. Si ergo error eſt cōtra Christi præceptū, communionē ſub una ſpecie præbere: profeſtò cūm iam 360. ab hinc annis, ut vult Chemnitius, vel ut Caſſandro videtur & Caluino, 500. Eccleſia tota ſub una ſpecie communicet, ab eo iam tempore eā Christus, contra promiſionem ſuam, reliquit. Neque verò ineptius quicquam dici potuit, quām quod ad hoc argumentum illudendum, Brentius excogitauit effugium: præcedentia, scilicet, ſecula ob ignorantiam excusari poſſe. Licet enim excusaretur à peccato Eccleſia: tamen nequaquam excusaretur Christus à mendacio; qui, quod promiſit, non præſtit. Accedit, quod Eccleſia Christi primis 500. ut luculentiter probabimus, annis, communicauit ſub una ſpecie. At quis dicat Eccleſiam illam, etiam ex Aduersariorum ſententia, ſanctam, contra apertum Christi præceptum feciſſe, & facere docuiſſe? & Testamentum Christi ſacrilegè profanaſſe? Nam ſi ita eſt, nulla unquam Christi Eccleſia vera in mundo fuit. E coelo igitur deſturbent oportet, tanquam ſacrilegos, & proditores, Dionyſium Alexandrinum, Cyprianum, Basilium, Optatum, Ambroſium, Chrysostomum, Augustinum, & ceteros ſanctiſimos Patres, qui hanc doctrinam amplexi ſunt, & posteris credendam tradiuerunt.

Demum,

XXIX.

Demum, per Deum ob testor Aduersarios omnes, si hæc consuetudo sub altera tantum specie communicandi, non ab Apostolis instituta, sed ab aliquo postea contra Apostolorum, & Christi preceptū inducta est, dicant, quis istius proditiois primus author extiterit? Quā mensis, quis annus, quod lustrum illud fuit, quo hæc tam pestilens hæresis nata, disseminata, & alta est? Quis Hæresiarchæ huic, pro sua, & Ecclesiæ totius salute se opposuit? Quis aduersus illum scripsit? Quæ cum eo habita disputatio? Quæ conuocata Synodus? Quibus in terris tunc reliqui vixerunt Catholicæ, ubi Sacram Eucharistiam sub utraq[ue] specie distribuebant, & Sacra Christiano ritu peragebant? Quo tandem modo tam pestilensem hæresim adamârunt, amplexiq[ue] sunt: & ad hæc usq[ue] tempora unam speciem per uniuersam Ecclesiam suscepunt, & eius usum Catholicæ fidei minimè contrarium esse senserunt docti, in docti, Concilia, & Patres omnes? Ad quod Sadeelus (in re tam seria, scilicet, lepidus totus) Perinde, inquit, facis, mi Afferter, ac si tibi offeratur corpus aliquod, ad tabem redactū, aut nauicula rimis dissoluta, & subuersa ostendatur: utrumq[ue] ipse neges, nisi præcisè tibi definiatur, quonam primū tempore, vel corporis tabes cœperit esse, vel nauicula rimas agere; ac tibi ostendatur, quænam prima aquæ gutta in nauiculam influxerit.

XXX.

Miratus sum, si unquam alibi, hoc maximè loco Sadeelis incogitantiam. Nam, sit sane, ut ait, Sadeele, Ecclesia nauicula, aut corpus; aut utrumq[ue], si maius. An ideo solū negamus (ut falso affirmas) Ecclesiæ Christi nauiculam naufragium passam, quia tu nescis, quando primam rimam fecerit, vel quænam prima aquæ gutta in nauim influxerit? An potius vesanum illud esse dicimus, quod affirmas, nauiculæ compagem dissolutam, & nauiculam ipsam aqua redundantem, & totam penitus hæresibus subuersam.

In confutatione Afferationū Laur. Arturi, de Ecclesia.

perditosq; quicunq; in ea nauigabant ; & tamen eorum nullum id aut aduertisse , vel sensisse est . Et cum in ea Ecclesiæ Christi nauicula tot sint vigiles nauarchi , tot peritisimi nauigationis Doctores , à Christo relikti ad consummationem sanctorum : eorum eamen neminem calami remum strinxisse : neminem ad temonem , ut fluctibus resisteret , accurrisse : neminem acclamasse , aut socios incitasse ad laborandum contra periculum : neminem demum substdium postulasse , aut certè ingenuisse ; sed dormiuisse plane omnes , & dormientes hæresim imbibisse ?

XXXI.

IAm esto ; sit Corpus Ecclesia : at certè non naturale corpus est , sed mysticum . Quare longè est vtriusq; ratio diuersa . Nam corpus naturale , si caput , cor , aut aliquod membrum infectum , corruptum est , alia membra , quæ ob naturale vinculum separari non possunt , & eodem necessario instuxu participant , necessario quoq; nobis etiam inscijs , & iniuitis inficiuntur . At corpus mysticum , (maxime , si de doctrina agatur ,) non item : nam resistere potest unum membrum alteris nec ab altero ita dependet , ut necessario inficiatur , si non vult . Quamobrem , eiusmodi hæreses morbus , maxime quo sacramentum , imò Christi Testamentum sacrilegè profanatur , in Ecclesiam induci non potuit , quin statim undiq; con clamaretur . Hæresis , hæresis , proditio , proditio : ut in ceteris semper hæresibus contigisse , experientia probat . Nam obsecro , si Rex aliquis , aut Tyrannus prohibuiisset , potum corporeum populis suis omnibus : an recepturos eam legem continuò populos , obseruaturosq; fuisse credimus ? Nullusne se opponeret ? Esetne aliquis , qui non exclamaret ? An non omnes simul ingemiscentes quererentur , ea una lege per summum scelus lata , omnibus vitam auferri , quod viuere ullus sine potu non posset ? Si ergo sacri Calicis haustus , ut affirmatis , non minus est necessarius ad æternam vitam consequendam , quam profani calicis haustus ad temporalem hanc conseruandam : quomodo non omnes fideles ad arma contra eum

era eū Tyrānum, qui primus calicem sustulit, conclamassent? Quoniam modo ei Tyranno, quicunq; ille est, qui primus talem induxisset legem, non omnes se opposuerint, & usq; ad sanguinē restiterint? Quomodo nemo, ea vna admis̄a lege, longē certius perire in eternum animas, quam corpora, si potu priuentur, admovuit, prædicauit, aut scripsit?

XXXII.

NEḡenim (ve tu imperitē admodum putasti) quemadmodum morbo humanum corpus inficitur totum, nobis inscijs: ita hæresi tota Ecclesia, ipsa inscia, vniuersa infici potuit. Hæreſeos enim author unus aliquis sit oportet, qui eam, non modō sciens, & prudens, sed mordicus, pertinaciter, etiam admonitus ab vniuersa Ecclesia, complecti, & tueri velit. Deinde, cūm alijs venenum suum communicat, illi non nesciant, quid obtrudat, sed scienter, & considerat iudicent, & approbent pestilentem eius doctrinam, etiamq; disseminent cæteris. Qui si illam non itidem approbent, repudient, execrentur, se opponant, contrarium prædicent, libris confutent, anathematizent, & sanguine etiam fuso veritatem propagent. At si Christi præceptum aliquod extat de sumendo Calice: quid stupendum magis, quam quod Patres omnes, ab Irenei, imò ab Apostolorum temporibus, non ad Bernardi tantum, sed ad hoc usq; præsens sæculum, tam pernicioſa hæresi contra illud Christi mandatum pullulante, & graſante, tacuerint semper, nemo scriperit, nemo mutuerit, nemo senserit, dormierint omnes? Et cūm Irenæus ipse, & Patres quamplurimi contra hæreses scripserint; ac Epiphanius primis temporibus, Augustinus medijs, extremis Damascenus, hæresum catalogum ab Apostolorum tempore diligenter contexuerint: nullus tamen extiterit, qui hanc omnium pernicioſissimam hæresim numerauerit, quin ne innuerit quidem. An hoc sanus quisquam credet? Quid si non modō non numerarunt inter hæreses, sed tanquam fidei Catholicæ & consentaneam consuetudinem, omnes omnium sæculorum,

& omni-

22.

Gomnium gentium, ac nationum Patres prædicarunt: Id vero ita clarè in sequentibus ostendam, ut idem ipsi etiam Aduersarij fateri compellantur: prius tamen eorum liberam hoc in Article lo confessionem excipiamus.

XXXIII.

Quid enim Causæ est, quamobrem Aduersarij, etiam ij, qui alterius speciei vsum, ex industria oppugnandum sibi proposuerunt, liberum eum esse omnes se pè nobiscum fateantur, nisi quia alterius speciei vsum, (quodam quasi odio furore in Pontificem percisi, nec studio veritatis, sed nocendi cupiditate, incensi) oppugnant. Inde enim fit, ut ijs animi perturbationibus nonnihil compositis, cum ad Scripturas, traditiones & Apostolorum examinandas accedunt, retexere telam, & nobiscum alterius speciei vsum approbare compellantur. Certè Lutherus tanta rabi in Pontificem ferrebatur, vt aliquando ipse de se scripserit, Non solum alterius speciei vsum, sed etiam Christum præsentem esse in Eucharistia, negare se percupere, quod ea ratione se egregie incommodare posse Papatui, intelligeret. Et alibi furore percitus, ita loquitur: Nos Christi ius habemus, & Concilia nec morari, nec audire volumus in ijs, quæ manifestè sunt Euangeli. Quin amplius dicimus, si quo casu Concilium id statueret, aut permitteret, tunc minimè omnium nos velle vtraq; specie potiri, imò tunc primùm in despectu, tam Conciliij, quam statuti sui, vellemus aut vna tantum, aut neutra, & nequaquam vtraq; potiri, ac planè eos anathema habere, quicunq; auctoritate Conciliij vtraq; potirentur. *Quod hoc carmine vir guidam, cum primis eruditus, acutè expressit.*

Cœlestes epulas specie sub vtraq; Lutherus

Sumere vult populum. Cur? Quia Papa vetat.

Quod si Concilium mandet sub vtraq; figura:

Vnam duntaxat sumet, & vltus erit.

Mander,

Luther. Epistola ad Argentinenses.

Luther. in Tom. 2. tractatu de cōmunione e populi.

Mander, vt alterutra populus, vel vtracq; fruatur:

Sub neutra sumi dicet, & vltus erit.

O veteratorem, cui pro ratione voluntas:

Semper & in vetitum spiritus acer erat.

Atamen, idem ipse Lutherus, his perturbationum fluctibus, non nihil sedatis, veritatis evidentia adactus, sic loquitur: Non probbo vtramq; speciem laicis dari, nisi fiat mandante Concilij generalis authoritate. Id vero Scripturam docere, explicat in Captiuitate Babylonica, dum ait: Quamuis Romana Tyrannis integratatem huius Sacramenti nobis abstulerit, non tamē peccant in Christū, qui vna specie vtuntur: cūm Christus non præceperit vlla vti, sed arbitrio cuiuslibet reliquerit, dicens, Quotiescunq; biberitis, in mei memoriam facietis. Et alibi: Quod alteram speciem, vini scilicet, Papistæ nobis penitus abstulerunt, quis comprobet? Quamuis parum habeat momenti, quia multò plus situm est in verbis, quam in signis. Et tandem, in Lib. ad nobilitatem Germanie, concludit, Neutram partem erroneam esse: quare nec discordiam plus eam rem parere debere, quam parit, quod aliter vestiuntur, alijsq; gestibus viuntur Sacerdotes, quam laici. Quod saepius alibi repetit. Melanchton vero, Brentius, Chemnicius, Bucerus, qui rabie & odio in Pontificem cum Magistro suo certantes, alicubi strenue vsum liberum alterius, vel utriusq; speciei, lacerant, sedatis (ut dixi) motibus, nostram sententiam cum Luthero amplexantur. Philippus enim, Sicut edere, inquit, Suillam, aut abstinerere, sic alterutra parte vti, medium est. Brentius eos, qui non possunt vtramq;, alteram iubet accipere, vt ægrotos, abstemios, vino carentes. Chemnicius, et si publicè sub vna negat esse communicandum: priuatim tamen sub vna communicare, licere concedit. Bucerus ad controversiam, quæ est de vna, vel vtracq; specie tollendam, cūm primis conducturum, ait, Ut Ecclesia liberam faciat potestatem, sumendi sub vna, vel vtracq; specie, Sa-

Lutherus, ad Schedulā inhibitiōnis.

De captiuitate Babilonica, cap de Eucharistia.

In Sermone de nouo Testamento.

In Sermo. de Euchar. et in declaratione eiusdem Sermonis, et Sermone de novo Testamēto, & lib. ad nobilitarem Germanicā.

Philip. in locis Cōmun. Argentorati Impress. anno 1522. Titulo de abrogatione legis.

Chemnic. in cramentum : ea tamen lege , vt nullus , quem vsum tanto
2. parte Exa- tempore retinuit Ecclesia, temerè audeat condemnare.
min. Cōciliij.
In colloquio
Ratisb.

P A R S T E R T I A .

Sub altera tantū , vel vtraq; specie, primorum quingen-
torum annorum Ecclesia liberrimè com-
municauit.

A s s e r t i o X X X I V .

Tertul lib. 2. ad vxorem.
& lib. de O-
ratione, sub
finem, et lib.
de Cor. mili.
Clem. lib. 1.
Stromatum.
Orig. Hom.
13. in Exod.
Cypr. lib. 2.
de spectacu-
lis, & Serm.
5. de lapsis.
Basil. Episto.
ad Cæsariā
Patriciam.
Hieron. Apo-
logia contra
Iouianū.
Augu. Serm.
252. de tēpe.
Histor. An-
glican. lib. 4.
cap. 24.
Clemens E=



Ertullianus suo tempore affirmat dari soli-
tam Christianis Eucharistiam , in domos a-
sportandam , vt ex ea sumerent, cùm libe-
ret ; quando ob persecutiones præsbyterij
conuenire facile non poterant. Eiusdem con-
suetudinis meminit Clemēs Alexandrinus,
Origenes, Cyprianus. Confirmat Basilius,
Hieronymus, & Augustinus, qui suo etiam tempore mulie-
res (scribit) solitas in linteo mundo Sacramentum sumere,
domumq; secum asportare. Quem morem adhuc tempore Be-
dæ viguisse, ipse Beda testis est. At hi Patres corpus Christi da-
tum affirmant omnes; sanguinem nullus. Nec hīc potuit pars pro
proto intelligi (vt nugatur Chemnicius) cùm Cyprianus, & Augu-
stinus dicant Sacramentum, quod in domos suos inferebant Chri-
stiani , viros in manu , fœminas in linteo solitas excipere , &
asportare : Clemens, Diuisam prius in multas particulas, discri-
bi: Basilius, Nonnullos earum particul·rum plurimas accipere
consueuisse. Quid hīc viri boni respondebunt? An negabunt? Mi-
nimè. An Aphricam, Tertulliano, Cypriano, & Augustino au-
thoribus: Asiam, teste Clemente Alexandrino, Origene, & Ba-
silio: Europam, Hieronymo, & Beda affirmantibus, ream frau-
pist. d. Te-

dis Testamento Christi factam, & iam inde ab Apostolorum se-
rè tempore condemnatam esse affirmabunt. At nihil aliud, quād
Christum nullam vñquam in terris habuisse veram Ecclesiam, af-
serere conuincetur.

XXXV.

Quid igitur? Fuisse quidem consuetudinem in Ecclesia primiti-
ua communicandi tantum sub vna specie, negari non posse fatetur
Lutherus, & vnicus eius propugnator Chemnicius: imo, vt Stu-
diosus veritatis videatur, id ipsum fusè probat: multisq; confir-
mat: coeterū id ait in priuatū domib; non in publicū templis
licuisse. Itāne vero Chemnici? Per te, tuumq; Lutherum iam no-
bis in priuatū domib; sub vna specie communicare licet? At cur
non etiā in templis? Si enim Christus praeceptum cōmunicandi sub
vtrāq; specie non imposuit, sed liberum reliquit usum alterius, vel
vtriusq; profectō nō modo in priuata domo, sed in publico etiā tē-
plo, sub vna specie licet, & sancte cōmunicatur. Si verò prae-
cepit Christus, ut vtrāq; speciem, necessariō sub pena damnati-
onis sumamus: insanis profectō, Chemnici, qui sub vna specie, pri-
mitiuam illam sanctam Ecclesiā, sancte cōmunicasse in priuatū
domib; assueveras. An alias (inquit Hier.) in publico, alias in
domo Christus est? Quod in Ecclesia non licet, nec domi
licet. Neg̃ verò Christus aliud destinauit priuato, aliud publi-
co usui Sacramentum. Quid, quod falsum planè est, in priuatū
tantum domib; non in publicis etiam templis, Primitiuam Ec-
clesiam cōmunicasse? Corpus enim Domini in templo sumi, &
Corpus Domini reseruari, vt domi sumatur, expressè affirmat
Tertullianus. Non putant (inquit) pleriq; Sacrificiorum o-
rationibus interueniendum, quod statio soluenda sit, acce-
pto corpore Domini. Ergo deuotum Dei obsequium,
Eucharistia resoluit. An magis Deo obligat? Nonne solen-
nier erit statio tua, si & ad arcā Dei steteris, accepero corpore
Domini, & reseruato. Vtrumq; saluum est, & participatio Sa-

Kemnic. par.

2. Exā, pag.

473.

Hierony. in
Apologia cō-
tra Iouinias.
num.

Liter. lib de
oratione.

D ij crifcij,

26.

crificij, & executio officij. Ne vero euadendi locus ullus relinqua-
tur, non minus in templis publice, quam in domibus secreto, san-
ctam illam Ecclesiam primitiuam communicaſe sub una ſpecie, v-
biq; terrarum, demonſtremus.

XXXVI.

NAM Eucharistiam aſſeruari ſolitam, & citati Patres, & Ca-
nones, 13. & 14. Concilij Nicæni dubitare non patiuntur. Eremitæ autem, (quia remotissimè degebant, & vix ſemel, atq; iterum
in anno, ad ciuitates veniebant) plurimas ſecum accipere ſole-
bant particulas, ut B. teſtatur Basilius. Seruabatur etiam pro
infirmis, ut in Canone 14. Nicæni Concilij præcipitur: & Che-
mnicius id negari non poſſe, probat ex Eusebij lib. 6. cap. 36. Que
morem, non modò sanctè ſemper seruauit, & nunc seruat Eccle-
ſia Græca; ſed etiam in die Parafceues, panis tantum conſecrabat,
(& modò conſecrat) quantum pro toto anno ſufficere poſſe crede-
bat. Seruabatur etiam Euchariftia, ut ſecum illam mari, terraq;
itinerantes, ob tutamen, & in periculis omnibus præſidium, acci-
perent. Quod in Historia Satyri fratri, ab Ambroſio Epifco-
po conſcripta, & Tharsicij Martyris, apud Bedam legitur. De-
mum seruabatur ad communionem publicam, ſive Acedotum, ſi-
ue Laicorum ex præſanctificatis, quando nimirum Sacrificium,
(qui eſt actus lœtitiae) ad ſignificandum mœrorem, non perageba-
tur. Quam ob cauſam Acedotes Græci non conſecrabant tota

Concil. 6. ge-
nerale, Can.
52. Leo Epi-
ſtola ad Mi-
chael Imper.
Cap. de con-
ſecra Chrys-
matis.
Innocent. 3.
Epift. ad Eu-
gubinum.

Quadragesima, niſi die Sabbathi, et Dominica: reliquias diebus fu-
mebant ex præſanctificatis, ut affirmat Concilium 6. generale,
& Leo IX.. Quod neq; in Latina Ecclesia inuictatum eſt. Sic
enim Ordo Romanus, (qui liber adeo retuſus eſt, ut ad certam o-
riginem referri non poſſit) habet: Pontifex diſcooperiat ſan-
cta, & diuidat oblata: communicet omnis populus, & ſu-
mat de iplis oblatis integras, ad feruandum in ſequenteſi
diem Parafceues, de quibus conuicabunt abſq; ſan-
guine Domini. Innocentius III. etiam ait, ex traditione Apo-
ſtolica

Epift. ad Cæ-
ſariam Pa-
triciam.

Beda in Mar-
tyrologio,
15. Auguſt.

276

stolica obseruari, ne illo biduo, Parasceues, & Sabbathi sancti, unquam sacramenta celebrent sacerdotes, sed ex praefanctificatis faciant communionem. Cuius consuetudinis meminit etiam Concilium Laodicenum, anno 360. post Christum, Athanasius in Epistola ad Populum Alexandrinum, Rabanus lib. 2. de institutione Clericorum, cap. 37.

XXXVII.

AT licet domi diutiū seruaretur, ut pro infirmis integro anno, siue ad longa itinera, siue ad communionem Græcam Quadragesimalem, ex praefanctificatis: non nisi in panis specie, id fieri potuisse, quis dubiter? Nam modicum vini consecrati, quod astu, vel frigore, vel motione corruptitur, & varijs casibus, necessario effunditur, nec ad longa profectio, maximè equitantium, itinera, aptum erat: nec nimis calidis, aut nimis frigidis regionibus, per tot dies, & multò minus (quod Heremiti faciebant) per tot menses, aut annum (quod pro infirmis siebat) aut debuit, aut potuit asservari. Nec solum rei congruentia, sed eorum etiam, quos nominavimus, Patrum verba, quæ non nisi de corpore solo reseruato possunt intelligi, id demonstrant. Quod enim seruasse fideles domi testatur Hieronymus, id corpus Domini vocat. Romæ (ait) hanc esse consuetudinem scio, ut fideles semper Christi corpus accipiant &c. Et non multò infra: Probet se unusquisque & sic ad corpus Christi accedat. Sic, quod scribit Ambrosius circumgestatum à fratre suo Satyro, id dicit inuolutum fuisse in orario, seu stola, ad collumq; alligatum. Sic enim ait: Divinum fidelium Sacramentum poposcit, & illud ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo: atq; ita se deiecit in mare, quoniam solius fidei arma quæsierat. Quod Beda & Tharsicio gestatum ait, id & Domini corpus vocat, & ita in veste compositum ait, ut reperiiri ab Ethnicis curiosis inuestigantibus, quid ferrer, non potuerit. Quod apud Cyprianum per ciuitatem, & ad spectacula circumferri, erat so-

Hieron. Apologia in Iouinianum.

D iij litum,

Serm. de la-
pſis.

Serm. de Spe-
ctaculis.

Serm. de la-
pſis.

litum, & in arca seruari, sanctū Dei alicubi, alibi cibum vocat. Sic enim scribit: Puella sacrificantibus nobis, indignè obrepigit: non cibum, sed gladium sibi sumit. Et alibi: Qui festinans ad spectaculum, & adhuc secum gerens, ut assolet, Eucharistiam, &c. Et iterum: Cùm quædam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire &c. Et ibidem: Partem cum cæteris ausus est latenter accipere: sanctum tamen Domini edere, & contrectare non potuit. Quæ omnia, quis sanus nisi de specie panis intelliget? Quo enim modo quocunq; ferri, etiam ad spectaculum: quomodo in stola ligari, in ueste componi potuit sanguis Christi, sub specie vini?

XXXVIII.

S. Amphilo-
chius in Vi-
ri D. Basilij.

Euseb. 6. Hi-
stor. Eccle-
cap. 36.

Chemnic. 2.
part. Exam.
pag. 473.
Can. 76.

Iam infirmis datam, sub una specie Eucharistiam, nemo potest dubitare. Nam ut S. Amphilochius scribit, D. Basilius in fine vitæ suæ, eam sub panis specie accepit, quam in eum usum, multis annis ante diuinitus admonitus, consecratam, in columbae vasculo, seruauerat. Eandem speciem panis accepit Ambrosius ægrotans. Sic enim Paulinus in vita Ambrosij: Honoratus tertio vocem vocantis audivit. Qui descendens obtulit sancto Domini corpus; quo accepto, emisit spiritum. Dionysius Ale-
xandrinus, teste Eusebio, de Serapione seni moriente, & Eucha-
ristiam per puerum noctu petente, sic scribit: Sacerdos, morbo forte vexatus, accedere ad eum, non poterat; puero exiguam quandam Eucharistiæ partem dedit, præcipiens, ut eam madefactam, in os senis infunderet, &c. Particulam igitur puer, quam aportarat, madefactam, in os senis infudit etc. Quod testimonium tam clarum est, ut etiam impudentissimum Chemnicum inficiari puduerit: quapropter id etiam, similibus exemplis, confirmat. Concilium Carthaginense 4. cui interfuit Augustinus, iubet in os morientis Eucharistiā infundi. Quod cer-
te de specie vini, quam moriens posset transmittere; non de pane, quem iam extra sensus positus (de tali enim infirmo loquitur) de-
glutire

glutire non potest, Concilium intellexit, vel certe de particula Eucharistie madefacta vino, ut moris fuisse ex Matisc. Conc. 2. & Dionysio Alexandrino, & alijs Patribus constat, intelligendum est. Concilium deniq; Toletanum undecimum aperte affirmat, Can. 11.

infirmis unicam panis speciem dari solitam. Liberat enim à censura primi Concilij Toletani eos, qui Corpus Christi reiecerunt:

quia non ex infidelitate hoc egerunt, sed quod præter Dominicici calicis haustum, traditam sibi non possent Eucharistiam deglutire. Inde enim aperte constat, traditam fuisse præter calicis haustum Eucharistiam. Deniq; ex Iustino, Ireneo, & Eusebio constat, ante 1400. annos solitam fuisse transmitti sacram Eucharistiam agris, & Episcopis Romanam venientibus, à Pontificibus. Id autem tantum sub specie panis factum esse, & res ipsa indicat, & apertissime colligi potest ex Clemente, Epistola 2. & Lucio Papa,

Distinctione 82. Can. 19. Iam infantibus diutissimè in Ecclesia primitiva, ministratam fuisse Eucharistiam, apud omnes in confessio est.

At eos sola specie sanguinis usos, ex Cypriano aperte colligitur, idq; Euagrius, & Nicephorus, in more fuisse longo tempore in Ecclesia, afferunt, & miraculo stupendo confirmant. Idem afferit Hugo, & Sigismundus Baro, in Historia Moschorum; quos adhuc modò agrotis, & infantibus solam speciem viuere testatur. Quid, quod, cum Manichæi (qui verum sanguinem in Eucharistia ideo esse non credebant, quod Christum phantasticum corpus assumpsisse crederent) speciem vini sumere recuerant, & inter Catholicos, qui sub una sumere consueverant, tunc temporis latenter communicarent: S. Leo iussit omnes Catholicos communicare in festo Paschatis sub utraq; ut Manichæi, qui calicem respuebant, dignoscerentur. Quod si Catholicis fuissent ante soliti sub utraq; specie communicare, quo quæso modo Manichæi calicem respuebant, ante in communione Catholicorum latitare potuissent? Quorsum Leo iuberet, ut deinceps sumerent Catholici, saltem in Paschate, utramq; speciem, ut Manichæi dignoscerentur?

Iustin. Apol.
2. ad Antonium.

Oræneus Epist. ad Victorrem.

Euseb. 5. Histor. cap. 24.

Euugr. lib. 4.
cap. 35.

Cypr. Serm.
3. de lapsis.

Niceph. 17.

Histor. 25.

Hugo. lib. 2.
de officijs Ecclast. ca. 20

Segis. Baro
de rebus Mo-
scouiticis.

Serm. 4. de
quadragesima.

30.
tur, si Catholici utramq; accipere consueissent? Sed quorsum,
in hoc probando laboremus, cum ratio per se ipsa euincat, quod in-
fantes panis speciem manducare non possint.

XXXIX.

His accedit, quod frequens est mentio in antiquis Conciliis, &
Patribus Communionis Laicæ, per quam communionem eam, quam
Laicis sub una specie damus, intellexisse, & vocabulum ipsum
suadet, & ipsorum Conciliorum verba manifeste ostendunt. Nam
quod aliqui Hereticorum excogitarunt, per Laicam communio-
nem eam, quæ sine consecratione, sub utraq; specie tamen accipie-
batur, intelligi oportere, ineptum esse, luce clarius est. Eam si-
quidem communionem Laicam pro delicto aliquo graui, loco poeni-
tentia, Diaconis imponi solitam, affirmat Concilium Elibertinum,
& Agatense, ante 1300. annos, Can. 50. & Felix III. Epist. I.
cap. 2. & Ciricius Papa. Imò Agaten. Concilium Can. 2. 5. et
7. hanc poenam imponit etiam Clericis ceteris, non ordinatis. Qua-
lis autem esset poena Clerico, aut Diacono, qui non poterant conse-
crale, prohibere, ne consecrarent. Commenti sunt igitur nihil-
melius aliud effugium Aduersarij, per Communionem Laicam,
intelligendam eam, quæ sumebatur inter Laicos. Concilium præ-
terea Sardicen. Cano. 2. & Felix Papa Epistola I. cap. 2. qui-
busdam nec in fine dandam esse communionem præcipiunt, ne Lai-
cam quidem. At quis ibi de loco, ubi Laici communicabant, agi-
dicat, cum infirmus iaceret in lecto? Erat ergo Laica communio,
sub una specie, ad quam cum redigebantur Clerici, qui ex consue-
tudine sub utraq; communicabant, grauis erat poena, quia arguebat
illos, ex ordine Clericorum esse deiectos.

XL.

Nec defuerunt miracula, in Ecclesia Dei, ante mille etiam an-
nos patrata, ad communionem sub una specie confirmandam. Qua-
Serm. 5. de le est, quod D. Cyprianus de puerilla quadam narrat. Accipite
lapsis. (inquit) quid euenerit: præsente me, puellam, quæ ex ido-
lolotito

lothito comedederat, Sacrificantibus nobis, mater secum infert. Vbi, cùm solennibus impletis, Calicem Diaconus offerre præsentibus incepit, accipientibus cæteris, locus eius aduenit: faciem suam puella, instinctu Diuinæ Majestatis auertere; os labijs obturantibus premere; calicem recusare. Perstitit tamen Diaconus, & reluctanti licet, de Sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus, & vomitus: in corpore, atq; ore violato Eucharistia permanere non potuit. *At obsecro, si iam ante à pueræ datum erat sub altera specie corpus Christi: cur eadem, vel similia prodigia, in specie panis sumptione facta, Cyprianus non enumerat? Cur sanguinem Christi sustinere non potuit, quæ sustinuerat corpus Christi? Sanguis ergo Domini pueræ porrectus fuerat, sine specie panis.*

Optatus Mileuitanus, Iusserunt (inquit) Episcopi Donatistaræ Eucharistiam canibus projici, non sine signo Diuini iudicij: nam ijdem canes accensi rabie, ipsos Dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, dente vindice, laniarunt. Quo loco panis species, quomodo potuerit projici, et comedi à canibus, facile intelligitur: quomodo autem vini species potuerit projici, quomodo à canibus comedи, qui à vino natura abhorrent maxime, fugiuntq; non video: ut taceam, quod Optatus ibi illos, sancti corporis, non sanguinis, reos esse proclamat.

XL.

Tempore Chrysostomi, Sozomenus, & Nicephorus, similibus propè verbis, mandarunt posteritati mulieris Macedonianæ sē. Et, timore mariti facte communicantis, miraculum. Ancillam (inquit) sibi ad fraudem faciendam sociam adiungit. Itaq; tempore communionis (intelligunt autem, qui Christo sunt initiati, quid dicam) illa, quod acceperat, continens, velut oratura procumbit. Famula interim astans furtim porrigit, quod serebat (panis id erat communis) quod simul atq; dentibus admotum esset, in lapidem induruit.

E

Tunc

Sozom. li. 8.
Cap. 5.
Nicepho lib.
13. Hist. ca 7.

32.

Tunc mulier timore consternata ob tantum miraculum, cùm festinatione ad Episcopum accurrit, seipsum indicat, & lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiam ignotam, & inusitatum colorem referebat. Quis hic dubitare potest, tunc distribuendi sanguinis consuetudinem non fuisse: cùm nec altaris ministri mulierem ad poculum adegerint, sed accepta specie panis, abire permiserint: & illa se nullo dolo armaverit, quo Sacerdotem in calice falleret, ut in pane armauerat. Inaniter enim, & frustra panem tantum ad ludificandum apparaſet, si calicem se euadere non posse sciueret.

XLII.

Lib. de praedict. & pro missis, cap. 6. **P**rospex Aquitanicus, Puella obſerfa (inquit) peracto Sacrificio partem corporis Domini tintam à Sacerdote percepti: semihora mandens traiicere non valuit. Manu igitur ſuſtentante faciem eius Sacerdote, ne ſanctum proijiceret, à quodam Diacono ſuggestum eſt, ut calicem ſalutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod ut factum eſt, ſacramentum, quod ore geſtabat, cum laude Redemptoris, transglutiffe ſe puella clamauit. Hic iam utramque ſpeciem minimè porrectam eſſe, negare quis audeat? Nam licet non vino, ſed ſanguine panem intinctum (quod tamen falſum eſſe, ſuprā ex Concilio Matiſconenſi, Dionyſio Alexandrino, & alijs demonſtrauimus) concederemus: certe tamen, panem intinctū ſumere, non eſt calicem bibere. Nam ſi non iſpum bibere ſub ſpecie liquoris, ſed ſumptionem corporis & ſanguinis Christi tantummodo exigunt, licet non ſit ſanguis ſub ſpecie liquidi epotatus: id totum nos omnino etiam concedimus, qui ſanguinem, & corpus ſub una ſpecie damus.

XLIII.

Lib. 3. Dialo. cap. 3. **G**regorius verò Magnus ſic ſcribit: Beatissimo Pontifici A. gapito, in Græcia, curandus oblatus eſt mutus, & claudus: protinus venerandus vir, orationi incubuit, & Miffarum ſolennia exorsus, Sacrificium in conſpectu Dei omnipotentis

nipotentis immolauit. Quo peracto ab altari exiens, claudi manum tenuit, atq; assistente, & aspiciente populo, eum mox in proprijs gressibus erexit; cumq; ei Dominicum corpus in os mitteret, illa, prius muta ad loquendum lingua soluta est. *Accedat vel unicum etiam, ex infinitis pro-
pemodium, Bernardi miraculum.* Indignè accedentem quendā (inquit Guilelmus Abbas) ad sacram communionem, quia causa latens erat, noluit sanctus repellere. Itaq; sumens homo Eucharistiam, non potuit ad vteriora traiçere; & diu multumq; conatus, cùm nullo modo præualeret, anxius, & tremebundus clausam ore seruabat. Expleta deniq; Orationis hora sexta, Patrem sanctum traxit in partem, eiusq; pedibus aduolutus, cum multis ei lachrymis, quod patiebatur, aperuit, & aperto ore ipsam quoq; Eucharistiam ostendebat. *Nemo, credo, sibi persuadebit, hominem vini
speciem, per tam longum tempus orationis, simul cum specie panis,
clauso ore retinere: postea totā causam suam Sancto aperire, et a-
perto ore Eucharistiam ostendere potuisse, si os vini specie habui-
set occupatum;*

XLIII.

VErūm illustrius reperiri vix ullibi potest testimonium, quam illud, quo Carolum illum (qui à rerum gestarum gloria Magni cognomētum accepit) in publico templo, cum toto populo communicare solitum, idq; à DEO miraculo confirmatum fuisse, & per Ethnicum regem propalatum, ostenditur. Incelsit cupido Principi Wedekindo (Caroli, inquit Crantzius, hosti) iustrare eiusdē Caroli Imperatoris (qui tum aderat) castra: quod habitu mendici fecit; attamen ex incuruo manus digito agnitus, ad Carolum delatus est. Erat tunc Sanctissimus Paschæ dies. Imperator hilariter accipit venientem, percutitus, quid sibi vellet indignus principe habitus? Respondit: Volui, Serenissime Rex, hoc habitu incognitus

E ij

iustrare

Guilhelm.
Abbas lib. 1.
Vitæ Bern.
cap. 9.

Alber. Crantz
tzius lib. 1.
cap. 9.

34.

Iustrare secreta gestorū, quæ cognitus non tam fideliter a-spicerem. Quid igitur (inquit Rex) vidisti, quod te vidisse delectat? Stupor (inquit) erat, quod de manu purpurati Sacerdotis singuli pulchellum puerum in os susciperent: quem quibusdam arridere, vltro properare; alijs verò abhorrentem auertisse vultum, & tamen in ora demissum, nec redeuntem aspexi. Hoc quid sit, neandum accipio.

XLV.

ATQ; hæc de miraculis satis. Intinctam particulam datam fuisse olim, & exemplum Serapionis, ab hinc 1400. circiter annos, ex Dionysio Alexandrino, referente Eusebrio: & puellæ obseßæ, ex Concilio Cartaginense, Cap. 76. ab hinc 1300: item ex Prospero ante 1200. annos, atq; ex Concilio Matisconè 2. satis Cōstat. Quod si Christus non liberum reliquit vsum utriusq; vel alterius specier; profecto & comedere unam, & bibere alteram spe-ciem necesse est. At (ut diximus) non bibit, qui intinctam par-ticulam in sanguine accipit: neq; comedit, si tantum sanguinem cū imposita intus particula corporis bibit. Christus enim, ipsorum sententia, nō solum se comedi, sed etiā sub æterna damnationis po-na bibi præcepit.

XLVI.

Niceph. lib. 17. Historie sue, Cap. 25.
Lib. 2. in Leuit. cap. 8.
Epistola 2.

DEMum, reliquias Eucharistiæ, quæ supererant ex communione, non solum distribui solitas innocentibus, & ieuniis pueris, sed si-bi eas etiam aliquando das esse, testatur Nicephorus. Quam consuetudinem non modo suo tempore viguisse, sed iam tunc veterem fuisse, Nicephoro antiquior Hesychius, & hoc etiam superior Euagrius affirmat, eandemq; stupendo miraculo de puerō Iudeo, qui eas aliquando accepit (ut cap. 3. diximus) confirmatam cœli-tus assuerat. Esse autem hanc Apostolicam consuetudinem non negabit, qui Clementem Romanum sic loquentem audierit: Sacer-dos, Diaconus, & Minister, cum timore & tremore, reliquias fragmentorū Domini custodire debet, ne qua putre-do in

do in Sacrario inueniatur: ne cùm negligenter agitur, portioni corporis Domini grauis inferatur iniuria. *Et paulò pòst*: Qui autem residua corporis Domini, quæ in Sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes cibos excipiendos conueniant. *Quid hìc, obsecro, negabunt Aduersarij*, quò minus vnicam speciem semper distributam esse concedant? Authorum enim, hystoriaq; grauitas tanta est, quæ ab eis negari non posse, quin ridiculi habeantur.

XLVII.

Ad Synedoches igitur confugiant, necesse est, ut per vnam, vtramq; speciem intelligendam esse dicant. At id si maximè vellem mihi persuadere, non possem. Nam quomodo, quæ nullo alio vocabulo, quād reliquiarum corporis Domini, & portionum, fragmentorum, residuorum corporis Domini, relictorum in Sacrario, appellat Clemens, ea aliud ego putem fuisse, quād fragmenta specierum panis consecrati? Sed clarius adhuc Euagrius: Vetus fuit consuetudo Constantinopoli, vt si quando multæ admodum particulæ puri, & immaculati corporis Christi Dei nostri superessent, pueri impuberes, qui Scholas frequentabant, accerferentur, easq; manducarent. Quod cùm factum fuit, filius cuiusdam Hebræi, vna cum pueris versatus est, qui quidem, parentibus percunctantibus causam moræ ab eo, respondit, vt res se habuit, se cum alijs pueris pariter comedisse. *Audis non semel, sed bis, & sèpius repetitum, pueros particulæ corporis Christi, non epotasse, sed māducaſſe, & comedisse affirmantem Euagrium?* Dabatur ergo pueris vna species. Dabatur etiā in templo omnibus adultis vna: mansissent enim projecto reliquiæ specierum vini, quæ biberentur, si ut sub specie panis, ita sub specie vini, Christus in templo fuisse populo distributus. Erat igitur tempore Euagrij vetus consuetudo, nimirum à Clemente Romano, hoc est, Apostolorum temporibus deducta, vt vniæ species in templo distribueretur. Nec minus id

Lib. 4. cap. 35
Eccle. Histor.

Niceph.lib.
17.Histor.
cap.25.

36.

confirmat *Nicephorus*, qui eandem historiam totidem verbis conscripsit.

Canon.6.

Lib. 1. Stro-
matum.

XLVIII.
*Q*uid si adhuc longè his omnibus grauius testimonium accedat, quod non modò consuetudinem eam fuisse illis seculis affirmet, sed planè conceptis verbis, sub unica specie panis, eas reliquias dispē-satas fuisse, assueret? *Matisconense* igitur 2. Cōcilium audiamus: Quæcūq; reliquiæ Sacrificiorum, post peractam Missam, in Sacrario supersederint, quarta, vel sexta feria innocentes, indicto eis iejunio, easdem reliquias consperfas vino, percipient. *An* potuit clarius aliquid dici, quād, *Reliquias cor-poris Domini, non sanguine, sed vino consperfas, dari innocentibus consumendas?* Concludam tandem rem tali testimonio, vt id qui neget, meritò ex hominum numero exterminandus videatur. *Cle-mens Alexandrinus*, *Origenis* præceptor, ab hinc 1400. annis, tanquam antiquum morem refert, quod aperte in templis unica tantum species omnibus dari solita fuerit; alterius tamen speciei sumptio alicubi cuiusq; permis̄a sit arbitrio. Sic enim scribit: Eti-am Eucharistiam cùm quidam, vt mos est, diuiserint, per-mittunt unicuiq; ex poculo eius partem sumere.

De Consecr.
Dist. 2. Cap.
Cōperimus.

XLIX.
*R*idiculum verò est, quod cùm omnium Patrum, orbisq; totius consensem, pro libertate v̄sus alterius, vel utriusq; speciei conspi-rasse videant. *Aduersarij*: non tamen satius tutum præsidium in tan-ta autoritate esse arbitrentur, sed unius *Gelasij* (quem aliâs de-testantur) detorta sententia tutissimos se esse iudicent. Sed quā vel unus eis *Gelasius* faueat videamus. *Comperimus* (inquit) quod quidam sumpta tantummodo sacra corporis portio-ne, à calice sacri cruoris abstineant, qui proculdubio (quo-niam nescio qua superstitione docentur obstringi) aut Sa-cramenta integra percipient, aut ab integris arceantur.

Hæc Gelasius. An potest hic sanus quispiam dubitare, *Decretum* hoc à

hoc à Gelasio, tantum ob superstitionem quorundam, fuisse constitutum: cum expressè dicat, se illud condere, quoniam nescio qua superstitione quidā obstringi docentur, ut à calice abstineant. Si autē superstitione à calice abstinebatur, quis nostrūm nō concedit, merito utriusq; speciei vsum à Pontifice esse præceptum; quemadmodum nunc etiam, ob contrariam superstitionem, Ecclesia præcipit ab altera abstinere? Quæcumq; ergo superstitione illa fuerit, siue Manichæorum, siue Priscillianistarum, qui tunc gravabantur, à calice abstinere præcipiebant (ut ex Leone, & Augustino colligitur) quod vinum fel principis tenebrarum esse docebant, vel, quod Christū sanguine caruisse arbitrabantur. An nō meritò igitur prohibuit Pontifex impiam sacri calicis abstinentiā? An non merito subiecit, Talem diuisionem mysterij, sine grandi sacrilegio, nō posse fieri? Quod enim maius est sacrilegiū, quam quod fel principis tenebrarum in sacro calice contineri crederetur, ob eāq; vel similem aliam superstitionem, mysterium diuidendum putaretur, et à sacro calice abstinendū? Nec pudet ineptos, illud pro se adferre argumentum, quo longè profectò melius contrariū, quam quod ipsi volunt, probaretur. Neq; enim ob aliam causam Gelasius prohibet sub una specie communicare, nisi quia superstitione quadam se astringi ad respuendum calicem, Manichei credebant. Dabatur ergo sub una specie, antequam ista superstitione prædicta, abstinuerint à calice, eam se non prohibitum fuisse, eorundem verborū vi, satis restatur Ge.

laſius.



Leo Sermo.
4. de Quadra
gesima.
Augustinus
Hæresi 46.

PARS QVARTA.

Ex S. Scripturæ locis, quibus Aduersarij vtramq; speciem
à Christo præceptam esse affirmant, contra-
rium potius euincitur.

Assertio L.



*I*HIL frequentius Aduersarij usurpant, nullumq; firmius telum ad Catholicos prosternendos esse arbitrantur, quam unum illud, quod omnes passim de Calice à Christo dictum esse, clamant, Bibite ex eo omnes: nihil clarus à Christo dici potuisse existimantes. Verum ex hoc primo, & quasi unico fundamento ipsorum, qualia sint reliqua, Lector coniecit. Nam ut illud Lucæ omittam, Accipite, & diuidite inter vos: an non Marcus illos prorsus coarguit, cùm dicit: Et biberunt ex eo omnes? Quis enim, nisi stipes, non aduertit, Christum omnes illos, qui aderant, quibus Calicem dedit, non omnes nondum natos homines ex illo calice bibere iussisse: cùm Euangelista, post exhaustum à duodecim solis Apostolis, calicem, subdat. Et biberunt ex eo omnes? Mirum esse ait Lutherus, quòd ista verba Marcus scripsérat. Sed cùm verbis Scripturæ credere nolit, negare tamen illa non audeat; perfidiam ille suam, & stoliditatem admirando prodit, veritati verborum sacri Euangelistæ nihil obest. Sed fingamus, nec Lucam dixisse, Diuidite inter vos calicem, nec Marcum, Biberunt ex eo omnes: obsecro, cùm ait Christus, Bibite ex eo omnes, quos volunt Aduersarij comprehendi illo verbo (Omnes) nisi eos, qui eum calicem ebiberunt? Quòd si ita est, cùm eum calicem

In magna cōfess. de Cœna parte 2. Tōmo 2. Witēberg. Ger, manico, fol. 118. pag. 1.

39.
calicem soli duodecim Apostoli, qui aderant, exhauserint totum: profecto præsentes tantum, non omnes homines, ius sit ex eo bibere.

LII.

Ad Paulum semper confugunt Chemnicius, & Aduersarij omnes. Hunc auunt normam certissimam veri usus huius Sacramenti, prout à Domino acceperat, tradidisse. At Paulus nullā prorsus istius, Bibite ex eo omnes, facit mentionem. Quod si hoc erat Christi præceptū, profecto non fideliter, sed sacrilegè Corinthiis Paulus, quod à Domino acceperat, tradidisset, si omisisset illa verba: maximè cùm Matthæi Euangeliū, qui solus verba hæc habet, Bibite omnes, nondum extaret, unde illud præceptum cognoscere potuissent. Demum, constare inter omnes, Chemnicius afferit, ijs di Etum esse. Hoc facite, quibus dictum fuit, Comedite, Bibite. Si ergo, Comedite, & Bibite, dictū fuit omnibus, & Hoc facite, omnibus est dictum. Sacrilegè igitur Aduersarij prohibent fœminis, & plebeij quibusvis Consecrare, & facere, quod fecit Christus; & contra Christi Testamentum faciunt omnes, qui illis obedientiunt. At Chemnicius, fœminis, aut populo Sacra menta ministrare, cautum esse à suis, & à Christo docet. Accedit, quod Lutherò Au thore, constat apud Lutheranos omnes, Christum, cùm dixit, Hoc facite, iussisse facere, quod ipse fecerat, hoc est, consecrare, & distribuere. Quod si non sacerdotibus, sed omnibus dictum est, necesse est, pueros, fœminas, rusticos, non solum consecrare, & accipere, sed etiam distribuere. Quod si omnes consecrant, & distribuunt: quis erit, cui Ministri distribuant?

Parte 2. Exam inis.

Secunda par te Exam. pagina 756.

LII.

Gannit tamen hic nescio quis Hamelmanus, omnibus esse dictum: Bibite ex eo: quia Christus Marci 13. Apostolis dixit: Quod vobis dico, omnibus dico. Ego vero, ne impostorem, & Scripturæ sacrilegum depravatorem dicere cogar Hamelmanum, malo verborum Christi male memorem existimare. Nam

F

Christus

Marc. 13.

Matth. 10.

CHRISTVS ait: Quod vobis dico, omnibus dico, Vigilate. Hereticus verbum, Vigilate, ademit, vt in eptus sensum efficeret ineptum. Nam, si que dicuntur Apostolis, omnibus dicuntur: Omnibus igitur dicitur illud: Nolite possidere aurum, neq; argentum, nec duas tunicas habeatis, nec calceamenta in pedibus: & similia plurima, quæ stupidus nunquam concedet Hamelmanus. At si ad solos Apostolos dixisset, Bibite omnes (inserit subtilissimus Hamelmanus) solis ergo etiam Apostolis dixit, Qui pro vobis effundetur. Nec aduertit plumbus iste Theologus, hoc uno arguento abunde contrarium demonstra. ri. Nam si, cum ait, Bibite ex hoc omnes, intellexisset non Apostolos solos, sed omnes Christianos: satis erat dixisse, Pro vobis effundetur; & stulte prorsus adderet; Pro vobis, & pro multis effundetur, ut Matthæus, & Marcus Christum dixisse scripserunt. Non enim pro omnibus, & quibusdam alijs Christi sanguis effusus est. Sed clarius hoc ipsum (vt illud, Bibite omnes, solis Apostolis dictum esse, omnes intelligant) vel hoc unito argumen- to euadet. Ais (recte; negari enim non potest) ijs esse dictum, Bibite vos omnes calicem istum, quibus dictum est. Qui pro vobis effundetur; eosdem enim Christus alloquitur. Sed illud Pro vobis effundetur, non pertinet ad omnes homines, sed ad omnes praesentes tantummodo. Ergo nego illud, Bibite vos omnes, ad omnes homines, sed ad omnes praesentes spectabit. Ridiculum enim esset, si quis illud, Pro vobis effundetur, omnibus hominibus dictum esse asserteret: quadoquidem non modo Marcus, sed Matthæus, etiam, (qui solus habet; Bibite omnes) Pro vobis, & pro multis effundetur, Christum dixisse scribunt. Insanus igitur, & impius est, qui Bibite ex hoc calice omnes, non solis praesentibus, sed omnibus hominibus dictum esse arbitrantur. Cur ergo (inquit Lutherus) nisi vt Calix necessitatem ostenderet Christus, illud, Bibite ex hoc omnes, Calix addendum putauit: cum de specie panis id dicere superfluum esse iudicasset. Ad quod facilem, & cla-

Tomo 2. La-
tino de capti-
uitate babi-
lonica.

ram, re-

41.

ram responsonem verba ipsa subministrant. Dederat Christus
sub specierum fracti panis particulis corpus suum uniuersum sanguinem,
verò quem in uno calice porrigebat, ut non unus eorum, sed
(quemadmodum Marcus ait) singuli ita biberent, ut omnes bi-
bere ex eo posset, admonuit.

LIII.

Illio igitur fundamento funditus conuulso, alterum, cui tota istorum
structura innititur, quam item stabile, quam firmum sit, ex-
aminemus. Nemini, inquit, dubium est, per illud, Hoc faci-
te, Christum iubere, id nos facere, quod ipse fecit. At ipsum u-
eram speciem distribuisse, Euangeliū testatur. Cur ergo Chri-
sti preceptum peruertemus? Hic verò non minus ridiculi sunt
Aduersarij, quam in prioribus fuerunt. Cum enim, Hoc facite,
ijs dictum sit, quibus dictum est, Comedite, & Bibite (ve-
rè ipsimet assuerant) si ridiculos, & impios esse eos ostendi-
mus, qui credunt illud, Bibite omnes, non praesentes tantum,
sed omnes homines respicere: consequens profectò est, tales quoq;
eos esse, qui verbum, Facite, non solis Apostolis, sed omnibus di-
ctum esse affirmant. Apostolis enim, eorumq; successoribus, fate-
mur à Christo dictum, Hoc facite, scilicet, quod ego feci, id est,
Utramq; speciem, quemadmodum ego feci, consecrate, & sumite.
Nequaquam igitur licet proteruo cui piam Lutherano, illud prece-
ptum, Hoc facite, omnibus dictum esse, contendere. Hoc ipso
namq; se, suęq; Sed & omnes condemnabit, qui omnium suorum fe-
ci, foeminis, pueris, rusticis, sutoribus, lixis, ganeonibus, non præ-
cipiunt, ut faciant, quod Christus fecit, hoc est, consecrant, &
distribuant. Quinimò multo maioris sceleris eos arguet, qui ple-
bem prohibent, ne passim id faciat. Deniq; si omnibus est dictum,
Hoc facite, nemo, qui non consecraret, & distribueret, salutem
consequeretur. Concedant igitur vel iniuti, necesse est, solis Sa-
cerdotibus dictum esse, Hoc facite.

F ii

Neg

NE^g mihi quisquam obijciat, eadem se ratione dicere posse, illud, Hoc facite, dictum esse solis A^ppostolis, qua ego affero illud Co-medite, & Bibite, solis A^ppostolis esse dictum. Nam præter-quam, quod Euangelistæ (ut docuimus) illud esse dictu^m, non omnibus hominibus, sed solis A^ppostolis declararunt; ex ipso etiā Christi præcepto id ipsum liquet. Cum enim tunc Christus nulli adhuc dedisset facultatem suum corpus consecrandi, fieri non poterat, ut corpus suum consecratum omnes comedere præciperet, cuius consecrandi nulli mortalium fecerat potestatem. Ne^g verò tam præ-postoræ erant Christi Domini actiones, ut antequam vel facultatem consecrandi suū corpus cœcessisset, illud comedи omnibus præciperet. Longè verò secūs se res habet in verbo, Hoc facite, Nam per illud, & dabatur potestas consecrandi, & Sacramentum instituebatur, quod ipsi quoq^b Aduersarij fatentur. Cum autem non pro A^postolis solis, sed pro Ecclesia uniuersa à Christo constet instituta esse Sacra menta: consequens est, verbum, Hoc facite, non ad solos A^postolos, sed ad eorum quoq^b successores in Ecclesia usq^b ad consummationem seculi pertinere.

Hic cedere Aduersarios, necesse est: pergunt tamen adhuc quasi redintegratis viribus, vrgere. Sit sane illud, Hoc facite, omnibus A^postolorum successoribus, & Sacerdotibus dictum, ut vul-tu^s: certe Christus non iubet, nisi ut id faciant, quod ipse fecit. Cum ergo ipsum non solum consecrass^e, sed etiam distribuisse utramq^b speciem constet: utramq^b profecto speciem non solum consecrare, sed etiam distribuere præcepit. Ad quod clara est respon-sio: Esto, recte hoc inferatur. At, si illud, Hoc facite, non de utraq^b, sed de vnica specie, à Christo distributa, dictum esse ostendero, an non tota eius argumenti vis in caput ipsorum redundabit? Est ne, obsecro, hæc illatio bona? Christus ambas species dedit, ius-sitq^b facere, quod ipse fecit: ambas igitur dari iussit? Optima, inqui-unt. Itane

unt. Itáne vero? Si igitur Christus vnicam tantum speciem dedis-
set, cùm id, quod ipse fecit, nos facere iussit, præcepisse illum di-
cerent, ut species vnitaria daretur. Annunt. Cùm ergo Lucas, &
Paulus (qui duo soli illud verbum, Hoc facite, expresserunt) as-
serant Apostolis Christum initio Cœnæ acceptum panem, & con-
secratum porrexisse, & continuò, vt id facerent, ante quam vllam
calicis fecisset mentionem, præcepisse illis verbis, Hoc facite: cla-
rè sequitur, ex Aduersariorum sententia, hoc verbo præcepisse
Christum, ut vnicam speciem distribuerent. Accedit, quod Pau-
lus, qui institutionem Cœnæ se tradere affirmat, sicut eam à Do-
mino accepit, alterius quidem speciei distribuendæ meminit; sed de
calice loquens, nullā omnino præcepti distributionis mentionē facit,
sed tantum consecrationis his verbis: Similiter & Calicē, post-
quam cenauit dicens, Hic calix, nouum Testamentum est
in meo sanguine: & statim, nullo prorsus verbo addito, nulla
facta distributionis mentione, subiicit, Hoc facite, quoties-
cunq; biberis, in meam commemorationem. Quidam verbis
docet, se accepisse à Christo, id sacerdotes facere debere, quod im-
mediate ante retulit Christum fecisse, nimirum, ut consecrent,
& alteram speciem distribuant. Pudeat igitur Chemnicum, &
Aduersarios omnes, nobis amplius in hac re Paulum obijcere: cùm
ne minimam quidē in narranda institutione Calicis, præcepti men-
tionem fecerit. Quid, quod hoc non contentus, vt planissime, li-
beram esse Calicis sumptionem, declararet, hæc eadem verba, Hoc
facite, post Calicem repetens, quod de una specie immediate ante
simpliciter protulerat, modò non nisi apposita particula illa li-
bertatis (Quotiescunq;) enunciat; Hoc facite (inquiens) quoti-
escunq; biberis, &c. Quo verbo, necessitatem vtriusq; speciei
amouere, libertatemq; datam declarare voluisse Paulum, ipsem et
Lutherus affirmat luculenter, in Captiuitate Babilonica, cuius ver-
ba paulo infra recitabo. Quod si ita non est, cur quæso Paulus, ni-
si forte ad illaqueandas fidelium animas, libertatis particulam

44.

(Quotiescunq;) addidisset? Cū Euangelistarum nullus, quod dixit de panis specie (Hoc facite) de Calice similiter expressit: Iam verò, si Christi exemplo, ad utramq; speciem dandam permoueri se dicant: an non demonstratum est suprà, laicis vnam à Christo distributam speciem in Cœna, alteram planè denegatam, nec nisi Sacerdotibus exhibitam: ut vel eo uno exemplo, utramq; speciem non esse præceptam, ostenderetur? An non in Emmaus unicam quoq; Christum dedisse docuimus? Præterea, si Calicem ideo necessariò dandum putant, quia Christum A postolis eum porrexisse credunt: imitentur quoq; Christum in cæteris Cœnæ actionibus, necesse est. Calicem ergo nec mulieribus dare; nec nisi, post cœnam, nec nisi, postquam omnes corpus sumpserint, consecrare; nec paucioribus, quam duodecim dare; nec corpus, nisi sub vesperum, inter cœnandum, & sedendo accipere; nec utrumq;, nisi post perduum lotionem, facere illius licebit. Quorum omnium nihil penitus faciunt Aduersarij; ac ne faciendum quidem censem. Atq; hæ erant due præcipue bases huius structuræ Hæreticorum; iam reliqua quantum habeant ponderis, expendamus.

LVI.

Cur Christus (inquit) utramq; speciem instituisset, si populo alteram tantum satis esse voluisse? Egregie sane. Quasi verò, si liberum utriusq;, vel alterius speciei usum esse volebat Christus, non necessariò debuerit ambas instituere. Deinde, pari ego modo contrà obijciam: Si populo consecrandi potestatem concedere noluit Christus: cur illam instituit? Quoniam autem in utroq; eadem est ratio dubitandi, utriq; vniqa responso faciat D. Augustinus: Alia (inquit) omnibus præcipiuntur, alia singulis quibusq; generibus personarum: multa præcipiuntur ut sint, sed non ut à singulis sint. Ut ergo consecratio, ita & quæ sit per utramq; speciem, Sacrificij repræsentatio, in Eucharistia instituitur, ut sint, sed non, ut ab omnibus sint. Licet enim omnium sit suscipere Sacramentum: non tamen fœminarum, puerorum, laicorum est sacrificare:

Lib. 3. de do-
ctrina Chri-
stiana, cap. 17

erificare, sed folius id est proprium Sacerdotis. Cum ergo in consecratione Sacrificium peragatur, (ut omnes Adversarij fatentur, & ego Capite praecedenti demonstravi) Sacrificium autem in remissionem peccatorum, sine maledictione, vel cruenta, vel mystica (ve Paulus testatur) esse non posse: sit ut sine utriusque specie conseruatione, qua maledictio representatur, non possit consistere hoc Sacrificium. Vnde merito a Christo calix instituendus fuit. Sacramentum vero hoc, citem illud tantum exigat, ad salutem, & vitam consequendam, ut carnem veram, verumque sanguinem, & totum Christum suscipiemus: siue id sub duabus signis, seu speciebus, siue sub uno fiat (ut Christus ipse testatur, cum ait: Qui manducat me, viuet propter me) merito profecto est utraque species instituta a Christo; meritoque altera laici minime necessaria iudicata.

LXVII.

IAm, quam futile est, quod tantoper etiam urgent: Probet se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Nam ibi Apostolus Corinthijs, ad quos scribit, qui sub utraque specie ecommunicabant, accommodat sermonem praecepitque, ne quis audeat accedere ad panem illum sacerdotum, et Calicem, quem accipere consuenerunt, nisi prius illa dijudicet a communibus cibis. Cum vero Corinthijs concedamus ultrò, dat a tunc fuisse utraque specie: quo quæso necessario præcepto, omnibus dandam esse utramque speciem, inde concludentes. Quæ solutio licet tam aperta sit, ut nihil omnino possint opponere: quoniam tamen abundamus in bona causa, sit sane illud non Corinthijs, quibuscum loquebatur, dictum, sed omnibus Christianis (quod tamen falsissimum est, Corinthios enim, quod indignè communicarent, non omnes homines, ibi reprehendit) quid inde concludent contra nos, qui ex Christi instituto licitam, liberamque esse utramque speciem docemus? Nam Paulus hic nihil aliud facit, quam quemque non probatum a pane illo, & calice arcere: probato vero ad utrumque aditum patefacere. Neque enim ibi Paulo erat propositum, ut de una, vel duabus speciebus aliquid scriberet, sed,

ret, sed ut ad præparandos eos, qui ad Sacram Cœnam accede-
bant, probationem, & dijudicationem præcipere. Quid, quod
verba Pauli Aduersarijorum errorem minimè patiuntur; nos trā
sententiam aperte confirmant. Nam licet eo Capite utramq; spe-
ciem commemoret, quæ apud illos, ut pote Gentiles, in usu erat: ta-
men quid potuit dici clarius, ut ostenderet liberam, non necessari-
am eſſe utriusq; speciei ſumptionem, quam ſic concludere: Qui-
cunq; ergo manducauerit panem, vel (non, Et) biberit ca-
licem Domini, &c. Et iterum: Accipite & manducae, Hoc
est corpus meum. Hoc facite in meam cōmemorationem:
Cūm tamen de Calice consecrato non dicat, Hoc facite (absolute)
ſed. Hoc facite, quotiescumq; bibetis, &c. Demum, quid si ne-
gem à Paulo eſſe scriptum, Sic de pane illo edat, & de calice bi-
bat: ſed. De pane illo edat, vel de calice bibat: An non corruet
continuò uno iētu tota eorum fabrica? Id verò mox demonstrabo:
ſi (ut unica reſponſione pluribus ſatisfaciam) eum Ioannis locum,
qui maximè Aduersarij fauere videbatur: Nisi manducaueri-
tis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē (que ipſi ti-
more correpti, ne dum eo Capite Ioannis nos oppugnarent, turpius
eiusdem Capitis verbis conciderent, ultrò ē manibus abiecerunt. di-
centes, ne literam quidem de Eucharistiā, in illo Ioannis capite con-
tineri) eisdem Aduersarij ſponte liberum reſtituamus.

LXVIII.

NEgo igitur planè à Christo dictum: Nisi manducaueritis, &
biberitis: ſed, Nisi manducaueritis, vel biberitis: Sicut eti-
am nego prorsus legendum eſſe, apud Paulum, Et de calice bi-
bat, ſed, Vel de calice bibat. Nemo enim, vel leuiter Hebræis
imbutus, ignorat (Vau) qua dictione Hebræi exprimunt Coniuncti-
onem, Et, ſæpè pro vel, aut, ſive, & ſimilibus ponit: præſertim cum
res eiusdem generis ea particula connectuntur. Ob eamq; causam
in Scripturis frequentissimè, Et, pro Vel usurpatum reperitur.
Neg̃ enim alia de cauſa Iacob ait ad Laban: Si ego transiero ad
te tumu-

te tumulum istum, & tu ad me; cum haud dubie. Aut tu ad
me, dicere voluerit. Nec aliud sibi vult illud: Absq; tuo impe- Gen. 41.
rio non mouebit quisquam manū & pedem. Quis enim du-
bitet, Manum, vel pedem, fuisse dicendum? Eadem prorsus ra- Exodi 20.
tio est illius locutionis in Exodo: Non facies tibi sculptile, &
omnem similitudinem eorum, quæ in cœlis, & quæ in terra
sunt, & quæ in aqua. Ibi enim Et, pro Vel, possum esse, omnes
indubie fatentur. Sic quoq; ait Scriptura: Percutiens patrem, Exodi 21.
& matrem suam: &, Maledicens patri, & matri, morte
moriatur. At quis dubitet, Et patri, pro, Vel patri, scriptum
fuisse? Nec minus clarum est illud: Filia Sacerdotis si fuerit Leuit. 22.
vidua, & repudiata: cum Vel viduam, vel repudiatam in-
telligi Deus voluerit. An non. Et, pro Vel possum est apud
Marcum, cum ait: De die illa, & hora nemo scit, nisi solus Mar. 13.
Pater. Sic enim in Græco (qua lingua Marcus scripsit) legimus:
quoniam Latinus interpres morem, quem diximus non ignorans,
Vel, pro Et, reddidit; De die illa, inquiens, vel hora. An
vero simul copulativum tantummodo, non etiam disiunctum prohibe-
bere volebat Paulus commissiones, & ebrietates, cum dicebat:
Non in commissionebus, & ebrietatibus: non in cubili-
bus, & impudicitijs? Haud dubie disiunctum, ut sensus sit:
Non in commissionebus, vel impudicitijs. Quod ne semel, aut
iterum Paulo imprudenti excidiſſe causentur, id s̄apē, & longe
planius alibi scribit: Fornicatio, & immunditia (Sic enim in
Græco legimus) non nominetur in vobis, & turpitudo, &
stultiloquium. Vbi minimum ter, Et, pro Vel constat esse col-
locatum, Sic Deutoron. Cap. 18. Iudicum II. Leuit. 17. Numer. 23.
Iob. 38. Psal. 8. Ezech. 13. & 18. & alibi s̄apē eam loquendi for-
mam reperies. Id vero non solum esse vsu tritum in alijs Scri-
pturæ libris, sed hoc ipso loco ita factum esse, nemo dubitare po-
test, qui Christum paucis versibus secum pugnantia affirmasse,
nolit concedere. Nam paulò ante illa verba: Nisi manducaueri-
tis &c,

is &c, bis promiserat vitam ei, qui se manducaret: hoc loco minatur mortem ei, qui se comedenter, nisi etiam biberit. At quis secum pugnare ista non videt: Omnen hominem habere vitam æternam, qui manducat Christum: &, Nullum habere vitam, qui manducat Christum, nisi etiam bibat eundem: Quid, quod statim post hæc verba, iterum bis comedenti se Christus vitam promisit, Qui manducat (inquietus) me, viuet propter me: &, Qui manducat hunc Panem, viuet in æternum: Si ergo Christus non mentitur: sumenti ipsum, siue sub specie panis, siue sub specie vini, siue sub utraque, vita confertur: non sumenti ullo modo, vita prorsus denegatur. Neque enim alterum tantum dictum Christi verum esse, credendum est, sed utrumque.

LIX.

AT & in hoc quoque liberales simus: donemus illis, dictum esse, quod cupiunt. Quantum, quæso, praesidij in illa Ioannis sententia habere possunt: cum Christus illud unum eo loco incredulis Capernauitis uoluerit persuadere, ut suam se daturum esse carnem ad manducandum crederent; nihil omnino de speciebus, una, vel duabus sollicitus: Quod apertissime constat vel ex eo, quod Christus promiscue modò sub una, modò sub duabus, modo neutrius facta mentione, se sumenti, eque vitam eternam promittit: Hoc igitur agebat Christus, ut Discipuli per sui sumptionem, siue sub cibo, siue sub potu, vitam accepturos se esse intelligerent: Accedit, quod cibi & potus mentionem facere Christum hoc loco debuisse, res ipsa exigere videbatur. Voluit enim Christus declarare plenam, & perfectam refectionem spiritualem, quam in Sacramento Eucharistiae erat daturus. Cum autem plena corporis refectione, sine cibo & potu non constet: per manducare & bibere, refectione spirituali plenissima animæ (quam Christus per sui ipsius sumptionem fieri, Iudeis tunc persuadere conabatur) merito fuit explicanda.

Pars

PARS QVINTA

Non Apostoli solum, sed Christus ipse exemplo suo docuit, se Ecclesiæ suæ potestatem reliquise, qua signa extera, quæ de essentia Sacramentorum non sunt, varijs abortis hæresibus, & casibus, posset pro rei necessitate moderari.

Assertio LX.



*V*nc, ut quanta sit Catholicæ veritatis vñ. a.
gnoscant omnes, nihil sint, quæ attulimus
omnia. Nihil Christi illa verba, Hoc faci-
te (quibus solis Sacerdotibus præceptum
Eucharistiae conficienda, & sumenda da-
tum est, ut ipsi fatentur Aduersarij) que
non post calicem, sed post specie tantum alterius sumptionem à
Christo dicta, testantur omnes Euangeliſtæ. Nihil ipsius Christi
exemplum, qui laicis bis vnam, utramq; nunquam distribuit. Ni-
hil A postolorum consuetudo, qui Eucharistiam nunquam primi-
tiue illi Christianorum multitudini in Hierusalem, nisi sub una
panis specie (Luca teste) distribuerunt. Nihil promissio Christi, vi.
ram sapientijs, qui sc̄ sub vna, quam qui sub utraq; acceperint, pol-
licentis. Nihil totius Ecclesiæ Christi, iam inde ab A postolorum
tempore, usus constantissimus. Nihil libertas calicis à Christo fa-
cta. Paulo ipso referente; quam etiam Lutherus agnoscit. De Ca-
lice enim loquens sic ait. Hæc quotiescunq; feceritis: cùm ta-
men de altera specie immediate antè dixisset simpliciter, Hoc fa-
cite, non, Hoc quotiescunq; facitis. Nihil, quod Matthæus,
& Marcus affirmat, post priorem speciem Christum dixisse,
Hoc facite: post posteriorem, nec istos, neq; alios, Euangeliſtas

Ioan. 6.

G ij

commemo-

commemorare, quod tale quippiam dixerit. Nihil confessio Aduersariorum, qui priuatim altera sancte vros semper fuisse primos Christianos assuerant. Nihil inquam haec omnia sint. An tamen frustra a Christo Ecclesiae suae dictum putemus: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit? Et iterum: Qui Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus. Et longe apertissime, cum Pharisæorum vitam reprehenderet, diceretq; quod inde non deberet populus occasionem sumere, minis obtemperandi Cathedræ, ait: Super Cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera illorum nolite facere. Ergone tantu Christus tribuit Synagogæ, ut dicat, Omnia, quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: Ecclesiae suæ (quam sibi suo sanguine despensauit: quam fecit dispensatrix mysteriorum Dei, & columnam, ac firmamentum veritatis: contra quam nec portæ inferi unquam præualere possint) non reliquit potestatem ea signa externæ, quæ de essentia Sacramentorum non sunt, pro loco & tempore moderandi? Quam longe aliter Augustinus? Saluator, inquit, ideo non præcepit, quo deinceps ordine Eucharistie mysteria sumerentur, vt Apostolis, per quos Ecclesiæ dispositurus erat, seruaret hunc locum. Qod recepta in Ecclesia Christi vniuersa, ab Apostolorum temporibus consuetudo confirmat tam certò, vt etiam quinti eorum Euangelij celebris buccinator, Bucerus hoc ipsum palam docuerit. Ait namq; Signa haec externa, omnia in hominum utilitatem esse instituta. Quapropter, si quo casu hominum utilitas ihs signis impediatur, Christum Ecclesiæ reliquisse potestatem, qua, vt fidelis dispensatrix mysteriorum Dei, pro rei necessitate ea signa moderetur.

LXI.

SED ut hoc Aduersarij illi ipsi, qui id negant, confirment, efficiam. An de ihs Eucharistie externis signis aliter, quam de una, trinagle

51.

trināū mersione, in Baptismo statuendum est, cūm vtrumq; sit
Sacramentale signum à Christo institutum? Si ergo Ecclesiæ di-
spositioni reliquissē Christum, vt possit vel sub una, vel triplici
mersione, vel etiam sola aspersione, Baptismum conferre, Aduer-
sarij ipsi non ambigunt: quid causæ est, cur dubitent, eandem
Ecclesiæ simile signum in Eucharistiæ Sacramento, iussi de cau-
sus, moderari potuisse? An non est apertum Christi præceptum
de baptizandis omnibus? Quis autem nescit, Baptizandi verbo, nō
tam actum aspergendi, quād lauandi significari? Nisi quis
renatus fuerit, ait Christus, ex aqua &c. Maximè, cūm id eti-
am Apostolus, affirmare videatur, dūm eius ritus mysticam si-
gnificationem explicans, ait: Consepulti sumus cum illo per
Baptismum in mortem: & Si complantati facti sumus si-
militudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.
Quis ergo neget in Baptismo, si non trinam immersiōnem, certè vel
unicam lotionem non minùs à Christo exigi in Baptismo, quād in
Eucharistiæ vtriusq; speciei sumptionem? Atqui iam inde à Cy-
priani tempore, infirmos, qui non sine incommodo lauari poterant,
Ecclesiæ sola aspersione iussit baptizari. Quem morem in hodier-
num vñq; diem, non Ecclesia modo Catholica vbiq;, sed Hæretici
etiam obseruant: imò Volanum ipsum, quemadmodum & om-
nes Lituanos, aspersos aqua Baptismi, non lotos, & immersos,
constat. Cur ergo Aduersarij Christi Ecclesiæ, illam etiam pri-
mitiūam, quam ipsi met sanctam esse prædicant, ob minùs grauem
causam, præceptam à Christo lotionem externam, in aspersione iu-
re optimo mutasse asserunt: eandem tamen Ecclesiæ Christi mo-
do condemnant sacrilegij, quod ob longè grauiores causas, sub alte-
ro tantum signo totum Christum dari præcipiat?

LXII.

Nec in Baptismo solum ritus externi ob necessitatē aliquam,
vel ob errorem, ex talis ritu suborientem, sunt sublati: sed etiam in
hoc ipso Eucharistiæ mysterio plurimi immutati sunt, sublati non
pauci.

52.

pauci. Solebant Apostoli proximè ante Cœnam, Eucharistiam distribuere: sed quoniam ex eo ritu error oriebatur, quo Corpus Christi à cibis communibus non discernebatur, consuetudinem illam omittendam esse, olim Ecclesia statuit, & Aduersarij omnes modò obseruant. Christus ante Communionem discipulorum lauit pedes, & exemplo huic à se dato, etiam verbum hoc adiicit: Si ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodùm ego feci, ita & vos faciatis. Demum, cùm, ut mysterium in lotione concineri explicaret (quemadmodùm optime Ambrosius, Cyprianus, Bernardus, & Optatus explicant) addiderit, Si non lauero te, non habebis partem mecum: cur aduersarij omittunt pedum lotionem? Quia autoritate verbum Christi immutârunt! Certè initio nascentis Ecclesie, pedes communicantium lauabantur: & quia error, quo nescio quis Baptismus ante Eucharistie sumpcionem necessarius putabatur, ab Ecclesia, pro autoritate sibi à Christo tradita, is ritus est omnino sublatus. Ne id ipsum (inquit Augustinus) ad Sacramentum Baptismi pertinere videtur, multi in consuetudinem recipere noluerunt, nonnulli etiam de consuetudine auferre non dubitârunt. At Aduersarij, qui eam potestatem negant, qua fronte id omittere sunt ausi.

LXIII.

IN AZIMIS, ob morem legis Mosaicæ, consecrâdum esse necessariò, Ebionitæ pertinaciter affirmabant. Adeam hæresim extirpandam, Leo Papa iussit in fermentato consecrari. Græci asserebant necessariò in fermentato consecrandum: Ecclesia iussit in azimo consecrari. Valentiniiani, & Manichæi sub utrantum specie communicandum contendebant: quod sanguinem verum habuisse negarent Christum Dominum; & vinum, fel principiù tebrarum esse arbitrarentur: Ecclesia Romana ab hinc 1200. annis, iussit in Paschate omnes sub utraque specie communicare. Contrà, Ne-

Bernardus
de Cœna.
Ambrosius 3
de Sacramen-
tis cap. 1.
Cypr. Serm.
de lotione pe-
dum.

August. Epi-
stola 119.

Ex Ricardo
Victorino.
Augustin. ad
Quodvulteu-
m.

53.

trà Nestoriani, & nostro tempore plurimi Lutherani, quia solum
sanguinem in Calice, & solum corpus sub pane esse arbitrantur,
ac idcirco viriusq; speciei sumptionem necessariam esse docent: Ec-
clesia (qua probe scit, signa hæc, à Christo, ad ædificationem si-
dei, non ad destructionem esse instituta) ne virus istud Hære-
scos longius serperet, sub unica tantum specie dari iubet Euchari-
stiam; ut eo facto, totum Christum sub specie panis, totum item
sub vini specie esse, docerent docti, discerent simplices, utriq; re-
starentur.

LXIII.

IAm ob pericula profanationis Sacrorum, et scandala, quæ emer-
gunt, quam multa à Deo instituta, rectissimè sunt immutatae. Ip-
sam à Deo institutam Baptismi formam, Ecclesia Apostolica
mutare, dum ea causa aderat, minimè dubitauit; cum non ut Chri-
stus iusserat, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ne
tres Deos esse putarentur, nouos Christianos, sed, In nomine
Christi, ut id gloriiosius redderetur, baptizavit. Quam leue ve-
rò erat illud scandalum, quod oriri poterat inter Iudeos, si san-
guinem, et suffocatum Gentilibus, factis Christianis, post promul-
gatam legem, edere permetterent Apostoli: attamen illud tan-
tum apud eos, ponderis & momenti habuit, ut cum iam lex
sua natura concidisset (ita ut nihil prodest ei, qui illam serua-
ret, quia Christus iam venerat; & illa Christum venturum falso
iam tunc nunciabat) tamen à sanguine & suffocato ut abstinerent
Gentiles, Apostoli præciperen. Quid, quod Iudeos, Christiani
factos, totam legem per multos annos ita seruare passi sunt,
ut etiam ipsi Apostoli cum ipsis eandem seruarent? Nam &
Paulus ipse, qui dixit; Si circuncidimini, Christus vobis
nihil prodest, Timotheum circumcidere, ad vitandum scanda-
lum, non dubitauit.

LXV.

VT eadem etiam scandala vitarentur in Ecclesia, cessatum est,
ab afor-

54.

Clemens A: ab aportanda domum, vel sumenda manu Eucharistia: etiam si monsandr. lib. 1 rem eum diu Ecclesia Apostolica retinuerit. Cessatum item à communione infantium, ne periculo irreuerentie exponeretur Eucharistia. Ob eandem causam aegritus, in quibus esset periculum vomitus, Eucharistiae Sacramentum ne daretur, cautum est. Postremo non tam lege, quam profanationis, & sacrilegij horrore, quod frequentissime in haustu calicis conspiciebatur, cum summa omnium Catholicorum perturbatione, piorum dolore, scandalo pusillorum, irrisione Berengarianorum (qui sanguinem Christi mortuum sub vino esse contendebant) permoti populi, utramque speciem sponte accipere desierunt; etiamque consuetudinem longo post tempore Constantiense Concilium confirmavit.

Sess. 13.

LXVI.

ET certe, antequam ad grauiora veniamus, quam erat indecens illa perturbatio, quae in Sacramentorum administratione conspiciebatur, cum Ecclesia utriusque speciei usum retinebat. Principes enim, & Domini, vino, quod rusticis dabatur, non contenti, vel illud non ferentes, suum sibi vinum domo aportari, & seorsim consecrari, iubebant; nec id communii, sed priuato poculo sibi propinari volebant. Quare sua pocula ferebant, quae adhuc in antiquissimis aliquibus templis visuntur pretiosissima. Huc accedebat, quod in tanta multitudine, vix fieri poterat, ut aliqui morbo contagioso non laborarent: at is, praesertim in regionibus calidis, faciliter contrahitur, haustu eiusdem calicis, & ex eadem parte, maximè si ieuni accedant. Sed ad grauiora scandala veniamus.

LXVII.

Quanta, quæso, vini copia, pro tot millibus (quæ in communione generali simul accidunt) debuit consecrari? Aliquot profecto dolia erant necessario consecranda, & ex illis in minora vasa (quod certe, sine frequentissima effusione sanguinis Christi, fieri non posuit) infundendus sanguis: priora autem vasa lauanda, et à reliquijs sanguinis Christi purificanda. At quomodo dolii in templo à Sacerdote

cerdote laudum fuit? In ipsa vero sumptione quid fieret? An non in populo frequenti necessario reperiuntur anus inepte, tremuli senes, improuidi adolescentes; maxime, dum hoc illuc impelliatur vnda populi. Et quis studet alterum anteuertere, et calicis haustum præripere? Quamfacile fiebat, immo quam difficile non fiebat, ut aliquando per imprudentiam, vel præcipitatem, totum poculum, aut saltē guttæ aliquæ pretiosissimi sanguinis Domini nostri, vel in barbas, vel in sinum, vel in terram effunderentur? Quanta tunc, quæso, mentis perturbatio? Quantus dolor? Quanta dubitandi in fide ignaris rusticis dabatur occasio? Quam sepe vel audiunt, vel incommodius haurientes, per tuſsim aliquid reiiciebant sanguinis? Pro infirmis vero quam difficile asseruabatur pauxillum vini, quod vel motione, vel calore, vel etiam tempore modico corrumpitur; facillime effunditur, dum fertur. Ceterè in pagis omnibus, in quibus raro fit Sacrum, remedium pro infirmis, et morientibus nullum relinquebatur: si alteram tantum speciem accipere non potuerunt, alteram conseruare nequibant. Que cum ita sint, qua fronte Lutherani, qui ob irreuerentiam, pueris denegandam docent totam Eucharistiam, Ecclesiæ succensent, quod ob multò grauiorem irreuerentiam, et scandalum tam perniciosa vitanda, totum Christum sub unica specie largitur?

LXVIII.

Ed illud hinc sequi necessariò, infert Chemničius, ut Christus, quod ista non viderit, imprudentię condemnetur. Evidem, qui Christum utramq; speciem populo dari iussisse docent, ut faciunt Lutherani, quomodo eum à tam graui calumnia liberent, viderint. Nos vero eius Diuinam sapientiam extollimus, qui locorum, temporum, personarumq; varietates omnes presentes, et futuras prospiciens, Ecclesiæ sua liberam sui corporis et sanguinis, vel sub una, vel sub duabus speciebus reliquerit dispensandi potestatem, prout pro locorum, temporum, et personarum ratione, saluti omnium expedire iudicaret.

PARS SEXTA.

Hoc tempore non expedire ullo modo, ut utriusq;
speciei usus restituatur.

Assertio LXIX.



Ostremo unum illud reliquum est dubium, nō postremum. Cur cūm sit libera à Christo instituta alterius, vel utriusq; speciei sumptio. Ecclesia liberam non faciat cuiq; potestate sumendi alteram, vel utramq; hoc præser-
tim tempore, quo tot schismata in Religione
ob eam potissimum causam excitata videntur: nec earū componen-
darum litium, sine restituzione calicis, spes ullā omnino affulgeat;
si verò restituatur, cū omnibus hæreticis totius rei componendæ fa-
ciliis ratio esse, plurimiq;, si non omnes, ad Ecclesiam recuersuri
videantur. Nam magistri Lutheri, Wicleph, & Ioannes Hus,
indifferentem esse putauerunt speciei unius, vel utriusq; sumptio-
nem: Lutherus vero cum coeteris suis, non solum non iubet, sed eti-
am negat omnino, dandam utramq; speciem, nisi prius id, ut di-
ximus, in generali Concilio mandetur. Nos tamen hoc loco nullo
modo expedire docebimus, ut hæreticis, aut suspectis, hoc tempo-
re, usus utriusq; speciei restituatur. Primo enim, nisi cequaer-
rint prius offendicula hæresum, profanationes, & abusiones
Sacramenti (quas ob causas usus utriusq; speciei sublatus est) &
nisi accedat deinde causa, ob quam à tam recepta, & diuturna
consuetudine, totius Ecclesia, et Concilij generalis auctoritate con-
firmata, recedendum meritò sit, Ecclesiam eam potestate face-
re non debere, nemo credo negabit. At cūm eas causas, ob quas
utriusq;

vtriusq; speciei vsum sublatum esse, præcedenti Capite demonstrauimus, adhuc maxime vigere, omnibus satis liquidò constet: si nunc etiam nouos errores, & grauiores heresēs, quam vñquam olim extiterunt, ex hac vna concessione orituras, & incrementa sumpturas, ostenderimus: constabit profectō, Ecclesiam non debere ullo pactō vtriusq; speciei sumendā facere potestatēm.

LXX.

Quis autem non videat istos omnes, qui tantopere Calicem exceptunt, ut propter eā ab Ecclesia sibi recedendum putent, id aut ideo facere, quia (ut testatur Claudio de Sanctis) in Germania tota, præter Wittembergenses, & Brentianos, qui Christum totum sub qualibet specie esse credat, inuenias neminem, ac proinde calicis haustum, in quo solo sanguinem Christi se sumere credunt, omnino necessarium esse ad salutem eternam arbitrantur: vel quia ita præceptam à Christo vtriusq; speciei sumptionem putant, ut nisi sub vtraq;. nemo possit hoc Sacramentum percipere; ac proinde Ecclesiam vniuersam, nō modò mille his posterioribus annis, sed etiam illis primis 500. quia sub altera tantum, vel vtraq; specie promiscue communicavit, sacrilegam fuisse; & grauissime in Christi Testamento errasse; ac proinde Spiritum sanctum ei assistere, non esse credendum. Quapropter nec in cœteris rebus audiendam esse. Nam ut ait Augustinus. Si semel mendacium aut error vel ad Scripturas, vel etiam ad Ecclesiam admittitur, omnis fides adimitur hominibus.

Lib. 3 de Bas
ptismo,
Cap. 15.

LXXI.

Quid, quod obsequi petenti aliquid, tanquam opus fidelitatis, (etiam si illud ex sua natura non esset infidelitatis opus) est fidem abnegare? Sic enim Machabei, necessitate cogente, poterant Suillam edere: at si Antiocho iubenti, ad infidelitatis professionem, eandem Suillam manducando, obediuerissent, fidem omnino abnegassent. Quemadmodum & nunc licetē conceditur, non ieunare in Quadragesima, si ob debilitatem petatur: at impiè concederetur

H ij

id ipsum

58.

id ipsum ei, qui id peteret ideo, quia non minoris meriti honestam refectionem, quam ieiunium existimaret. Num potest igitur Ecclesia haereticis concedere utramque speciem, quin occasionem quoque illis det, suos errores roborandi, & stabilendi? Iam Catholici, qui tanta contentione efflagitarent utramque speciem, ut non nisi utramque vellent accipere; si id extorquerent, & non nisi sub utraque communicarent, fidem an non eorum ipsis quodammodo negare videbantur, vel certe suspecti merito haberentur, quod aut Ecclesiam errasse, aut Eucharistiam non nisi sub utraque specie sumi posse existimarent? Haeretici enim, & in fide dubij, ac simplices, diligenter interdum facta, quam dicta attendunt; & ex ipsis, quam fidem habeamus, maximè coniiciunt. Sic enim Pseudo apostoli explorabant, an Paulus Titum circumcidet: ut, si id faceret Paulus, ex eo Legem obseruandam esse, eum credere probarent.

LXXII.

Quanta demum obstinatione, et pertinacia firmarentur Haeretici: et quod grauius est, quanto simpliciorum decipiendorum occasio praebetur? Quam enim Haeretici & sibi, & alijs facile in animum inducerent, ut crederent errorem suum Ecclesiam agnouisse; ast ob pudorem, nolle illum aperte confiteri, sed tacite emendare? Negant enim tam religiosi sunt Adversarij, ut mentiendi timore, faterentur id sibi ab Ecclesia esse concessum, ob cordis sui duritatem non secus, ac olim Moses ob eandem causam Iudeis libellum repudij dari (ut Christus Dominus est testatus) permisit. Quod vel ex hoc uno indicio facile colligitur. Cum enim Concilium Tridentinum hanc esse rem indifferentem, ex Christi institutione declarasset; ideoque ad summum Pontificem petentes utramque speciem remitteret, ut is, consideratis particularibus omnibus, videret, an esset esse Ecclesiæ, hoc tempore concedere utramque speciem: Illigatus scribere non erubuit, Tridentinos Patres, euidentissime verbo Dei a suis conuiditos, & expugnatos, Communionem sub utraque specie concessisse. Quod putidum mendacium, præter ea, quæ dicta sunt.

59.

Et a sunt, ostendit etiam, quas gloriae isti efflarent, si vel minimū
illis hac in parte concederetur.

P A R S S E P T I M A .

IN felices illos, qui ad Hæreticos deficiunt, ut per summā
contumaciam in vtraq; Specie Christum bis accipiant, nō
modò delusos, nihil in vtraq; accipere: sed planè sacrile-
gos, merum panem, & vinum, pro Christi carne
& sanguine manducare, & bibere.

Affertio LXXIII.



N confessio est omnibus, Sacra menta nouæ
Legis actiones Christi esse; Ministrum vero,
dum Sacra menta confert, tantum ministrum
agere, hoc est, ut instrumentum Christi ope-
rari. Nam officia Sacerdotalia, inquit Lu-
therus, sunt fermè hæc, Baptizare, Con-
seccare Eucharistiam, Ligare & solue-
re peccata. Magnifica planè, & Regia munera. At teste
Ioanne Baptista Christus est, qui baptizat: Christus consecrat
panem in suum Corpus: Christus peccata remittit. Porro neminem
hæc agere posse, nisi eum, cui id à Christo sit commissum, constat.
Si ergo ostendero, Caluinianos, Lutheranosq; Ministros à CHRI-
STO nullam planè accepisse potestatem, aut consecrandi eius
corpus, & sanguinem, aut regenerandi per Baptismum, aut remit-
tendi peccata: profectò euincam aperte, hos non CHRISTI Mi-
nistros, sed impostores sacrilegos & impios Christianorum de-
ceptrores esse, grauemq; verosq; animabus fidelibus ruinam, &
perniciem moliri: dum hi pollicentur, se Christum totum daturos.

Libro de in-
stituendis
Ministris
Ecclesiar.

bū. sub.

bis, sub pane semel, & iterum viuum ac integrum sub vino, præter panem tamen, & vinum profanum, profani homines nihil porrigitur; illi vero authoritatem, seu potestatem hominibus remittendi peccata nullam habent. Quam tamen habere se, Anglicana Ecclesia minimè dubitat, in qua præcipue noua (si Dijs placet) lux quinti Euangelij secundum Caluinum splendet. Sic enim ordo administrandi Sacra menta, qui nunc in ea Ecclesia obseruatur, ipsis Anglicanis Biblijs prefixus habet. Debet infirmus facere specialem confessionem, si sentit conscientiam turbatam re aliqua graui: post quam confessionem, Minister absoluet illum, hac forma: Dominus noster Iesus Christus, qui reliquit potestatem suæ Ecclesiae absoluendi omnes peccatores, qui vere resipiscunt, & credunt in ipsum, ex sua magna misericordia, indulget tibi peccata tua, & ego authoritate ipsius mihi concessa, Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, In nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti. Sed iam recte ipsam aggrediamur, ut demonstremus, Caluinianos, Lutheranos & Ministros, neque a Christo vocatos, neque initiatos Diuinissimo Ordinis Sacramento, ad Sacra menta administranda, non per ostium esse ingressos, sed ut fures, & latrones aliunde ascendisse.

LXXIII.

NEmini sanè dubium esse potest, quod si Christus Dominus in ultima Cœna, cum Diuinissimis illis verbis, Hoc est corpus meum, Hic est sauguis meus, consecravit suam carnem & sanguinem, & illa sumenda porrexit Discipulis, nihil addidisset aliud, quo eis faciendi in posterum, quod ipse tunc fecit, potestatem contulisset: neminem tam insanum fore, qui se, ea verba repetendo, Corpus Domini consecraturum confideret: nisi forte quis, qui illa itidem Christi verba audiens, Adolescens, tibi dico surge, ipsis adolescentes quosque mortuos, ad vitam reuocare se posse confideret. Privilegium quidem eximum concessum Apostolis fuisset a Christo, quod eos suæ Diuinæ Carnis pastu semel discendens re-

Biblia Lon-
dinen sis,
Anni 1581.

dens recreare voluisset : at potestatem id ipsum in posterum faciendi, quoties vellet, nemo vel optare quidem auderet. Quapropter inter nos, & Aduersarios conuenit, propterea Christum Dominum illa verba, Hoc facite in meam commemorationem, addidisse, ut repetendi illud ipsum, quod tunc ille fecerat, potestatem Ecclesiae relinquere, & praeceptum imponeret. Unde sequitur euidenter, si quis, neque ritè vocatus, neque ordinatus, modo sanam doctrinam habeat, in Euangelicum ministerium sese ingrat; quod suo ille quidem malo, attamen vitiliter, Euangelium promulgare possit. At remittere peccata, Corpus & sanguinem Christi (ut Caluinus ait) non minus verè, ac realiter, quam ipsa Symbola dare ad manducandum, nulla ratione potest. Cum ergo Ministros suos Aduersarij hanc planè Diuinam potestatem nec ab Christo, nec ab Apostolis immediate, sed ne mediate quidem ab ijs, quibus illi manus imposuerunt, accepisse, sed esse mere laicos, fateri compellantur : an non planissimum est, eos dum absoluunt, non plus peccata remittere, quam si Psittacus illa verba recitas- set; nec magis Christum conferre communicantibus sub una, vel utraq; specie, quam si nullam omnino porrexissent?

LXXV.

As t hīc Lutherus verba illa, Hoc facite in meā cōmemora-
tionem, non solū Apostolū, sed omnībus hominīb̄ dicta esse con-
tendit: ut inde concludat, Omnes homines consecrandi Christi cor-
pus habere potestatem. Sic enim pro solita sua modestia scribit:
Tertium officium Ministri, est consecrare sacrum panem
& vinum. Hic verò triumphant, ac regnant Rasorum or-
dines: hanc potestatem nec Angelis, nec virginī matri con-
cedunt. Sed missis illorum insanijs, dicimus, & hoc offi-
cium esse omnībus commune, perinde atq; Sacerdotium;
idq; non nostra, sed Christi asserimus authoritate, dicentis
in Cœna nouissima, Hoc facite in mei cōmemorationem.
Quo verbo etiam rasī Papistæ volunt Sacerdotes factos,
& poten-

Tomo 2. lib.
de instituen-
dis Ministris
Ecclesiae.

& potentiam consecrandi collatam. Atqui hoc verbum dixit Christus omnibus suis, præsentibus, & futuris, qui panem illum ederent, & poculum biberent. Quicquid ergo ibi collatum est, omnibus collatum est. Quid non modò de hac consecrandi, sed etiam de reliquis omnibus Sacerdotis muneribus pariter sentiendum, docet ibidem. Sic enim ait: Quartum officium Sacerdotis est, ligare, & soluere; sed & hoc habent omnes Christiani officium. Quare vult non minus absoluere à peccato posse, & sub poena violati Christi præcepti debere (si melius id facere se posse existimat) fœminam, aut puerum, quam Papam. Ac tum demum exclamat: Vos idola Pax hinc compello. Quid contra hæc mutire potestis? Hæc ille. Ita verò splendide mentiendi mos est istis nouis Euangelistis, ut cum nihil ad rem dixerint, immo aperte delirent: nihil esse tamen, quod ad ipsorum insomnia responderi possit, iactent. Ego verò (ut etiam omnino tacens vincam) illi primò Ecclesiam, non Pontificiam, hoc est, Christi, quam Lutherus spernit: sed illam nouam, & reformatam (si Diis placet) Confessionistarum omnium, oppono: præterea tam filios ipsius spurios, quos detestatur, quam naturales eius delicias: deinde Paulum, Lucam, Christum: deniq; illummet sibi ipsi obijcio.

LXXVI.

In Cap. 1. ad Gal. Tom. 5. **A**Ge ergo, si ad omnes, & singulos homines, ut uis, spectat illud Christi præceptum, Hoc facite in meā commemorationem: impius profecto est, qui hominum alicui audet dicere, ne facias. Sacrilegæ ergo, & impiæ sunt Ecclesiæ Confessionistarum, quæ fœminis, pueris, rusticis, ganib; consecrare, turbis distribuere, & omnino quod Christus fecit, & facere singulos præcepit, facere prohibit. At (inquit) nî ita fiat, intolerabilis confusio esset in Ecclesia: suos enim ministros Diabolus incitare solet, ut non vocati currant. Ergone, Luthere, ob tuum istū, nescio quem, politicū ordinem, Christi mandatum contemnere do-

re doces, suades, præcipis? Quid verò, obsecro, turbarum esset, si fœmina consecraret domi, familiamq; suam (ut Christus fecit, & Iudeus quisq; dum agnum, huius Sacramenti figuram, comedebat, facere consueuerat) sacro cibo reficeret, eandemq; à peccatis absoluveret? Quid tu, Luthere, mutire potes, si tibi Matrona prudens, ob indecentiam, vel ordinis turbationem, domi suæ consecrare, distribuere, & omnino Sacra menta ministrare prohibita, indignabunda respondeat? Quid? Deus præcepit me ista facere, & audet mihi homo prohibere? Audet dicere, Te non decet, turbatur ordo? An Christus, quid me deceat, te melius non nouit? An in rebus humanis vel decentia, vel ordo melior esse potest, quam cum omnia, prout Deus præcepit, exequimur?

LXXVII.

SED sit sane turbarum plus longè, quam singulis, si præceptum illud Christi, omnibus & singulis, te authore, datum, ab omnibus obseruetur. Illud unum abs te scire velle: Num Christus, cum has turbas præuidit (Deus enim cum sit, haec non præuidisse non potuit) num, inquam, non obstantibus his perturbationibus, quas fore præuidebat, dixerit omnibus, & singulis. Hoc facite in meam commemorationem: Si negas, conuenimus: si ait, quod maius scelus? Quod intolerabilius sacrilegium, quam cum fatearis Christum, non obstantibus illis perturbationibus secuturis, præcepisse, ut omnes & singuli consecrarent, & distribuerent: & tamen audere quempiam hominem id maxime hominum parti prohibere? Iam fœminas futuras in Ecclesia, & pueros non ignorauit Christus. Eos igitur si consecrare noluit, & distribuere, eis certè non dixit. Hoc facite: quod si voluit, certè sacrilegè prohibentur. Nec mihi hic quoq; ad decentiam confugere poteris, vel ad ordinem. Nam si non decebat fœminas consecrare: eis Christum non dedisse eam potestatem, concludas necesse est; ne à Christo quicquam frustra, & inepte factum, fateri compellaris. Deum enim, & naturā quicquā inepie, aut frustra facere, Philosophus ne-

Lib. 4. Instit.
cap. 6. Par. 6. **Q**uid Caluinistæ Dominus (inquit Caluinus) cum Apo-

stolos mitteret, mandatum illis dedit de prædicando Euā-

gelio, & baptizandis credentibus in remissionem peccato-

rum: anteā autem mandauerat, ut sacra symbola corporis

& sanguinis sui ad exemplum distribuerent. Ensanctam,

inuariabilem, perpetuamq; legem impositam ihs, qui in A-

postolorum locum succedunt, qua mandatum accipiunt,

de Euangeliū prædicatione, & Sacramentorum administrati-

Lib. 4. Instit.
cap. 15. Par.
20. **A**libi verò tantum abest, ut potestatem consecrandi, re-

mittendi peccata, & omnino diffundendi Sacra menta penes rusti-

cos stupidos, & deliras anus esse à Christo relictam putet: ut ne

in extrema quidem necessitate illud omnium maximè necessarium

Sacramentum Baptismi, nisi à Presbytero ritè consecrato, con-

ferri posse affirmet. Rursus, Apostolis, inquit, Christus de-

dit mandatum, & potestatem remittendi peccata, Quod

Paulus docet, dum scribit: *Legationem reconciliationis depo-*

sitam esse apud Ecclesiæ Ministros. Et concludit: Nobis assidue

remituntur peccata, cum Presbyteri, vel Episcopi, quibus

hoc munus commissum est, pias conscientias etc. At Calui-

nianos tu, cœn spuriis, fortassis non recipis. Quid ille, qui ut nos

acerbè, & penitus odit, ita te parentem suum omnium dulcissime

amplectitur, & ex osculatur, & tuas partes strenue propagnat,

Chemnicius: Is, cum apertissimis & planissimis Scripturis infa-

nam illam tuam sententiam, à Concilio Tridentino profugatam

videret, plare habet; immo adeò erubuit, ut non modò à te ad Calui-

nun deficeret, sed tale quid piam à Lutherò unquam prolatuisse,

omnino negaret. Vbi enim ventum est, ad Canonem decimum, in

quo Concilium ei, qui Christianos omnes in verbo, & omnibus Sa-

cramentis administrandis habere potestatem docuerit (quemadmo-

dum Lutherum docuisse ostendimus) anathema dicit: uia Chemni-

cii lo-

*cuius loquitur: Verba, quæ in hoc Canone damnantur, excerpta
proferunt ex Captiuitate Babylonica, sed & verba mutilâ-
runt, & sententias depravârunt, ut Lutheri doctrinam in-
uisam redderent imperitis, quasi perturbatrix esset omnis
Diuini, & humani ordinis, in Ecclesia. Sed Lutherus nun-
quam sensit, quemuis Christianum promiscuè, vel debere,
vel posse sibi arrogare Ministerium verbi, & administrati-
onem Sacramentorum in Ecclesia. Imò Pontificijs ster-
tentibus, Lutherus contrà Anabaptistas, ex verbo Dei
monstrauit, neminem debere, etiam si sit doctissimus, Mi-
nisterium verbi, & Sacramentorum, in Ecclesia usurpare,
sine peculari, & legitima Dei vocatione.*

LXXIX.

*Quid, quod dum omnibus hominibus, & singulis potestatibus
Verbi, & Sacramentorum concessam afferis à Christo (cui ut ac-
cedat humana, nescio quæ, vocation ad Ministrum constituendum,
requiri) Christum ineptum facis, insanum Paulum, & Aposto-
los, Scripturam mendacem? Si enim omnes homines habent potes-
tatem à Christo concessam administrandi Sacra menta: quis ne-
gabit Christum, non dico ineptum, sed ineptissimum esse, qui po-
ste à Sacramentum Ordinis, seu impositionis manuum instituit; in
quo (ut paulus ait) donum, seu potestas administrandi Sacra men-
ta conferretur Ministris? Quād in sanus Paulus, Apostoli, &
Prophetæ, quos commemorat Lucas, qui nunquam ulli vel à Deo
ipso electo Ministro, Sacramentorum administrationem permit-
tendam iudicârunt, nisi prius ipse Sacramento impositionis ma-
nuum initiatus, potestatem consecrandi, remittendi peccata, &
omnino Sacra menta administrandi acciperet. Iam Scriptura, an
non aperte mentitur, cùm ait, non humanam, sed omnino Diuinam
ad Ministros constituendos, necessariò requiri vocationē: si (ut tu
vis) tantum humana requiritur, Diuina omnibus antè fuit collata? Ego non mittebam (inquit Dominus) & ipsi currebant. Et*

I y

Paulus:

Act. 13.

Chemnic. 2.
part. Exam.
Sessi. 7. Cap.
non. 10.

Paulus: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Denig, an
vllus inquam Minister, sine electione, ordinatione, & missi-
one Diuina, in tota Scriptura inuenietur? Quæ plane in alia, &
inepta essent omnia, si iam omnes à Christo sunt constituti Sacer-
dotes: & non solum potestatem, sed & usum ipsum clavium, om-
nibus modis, omnes, & singuli, (quod tu his ipsis verbis affirmas)
aceperunt? Nemo (inquit Paulus) sumat sibi honorem, nisi qui
vocatur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus, non se-
metipsum clarificauit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est
ad eum, Tu es Sacerdos in æternū secundum ordinem Mel-
chisedech. Aaronem primum à Deo per Mosen ex uniuerso po-
pulo electum: deinde ordinatum esse, hoc est, sacris initiatum, ut
potestatem acciperet sacrificandi, & Sacra menta administrandi:
& tandem misum ab eodem Deo, ut pasceret, hoc est, ut gubern-
aret, & ordinaret populum illum, Scriptura testatur. Sed cla-
rius in novo Testamento, vocavit Dominus Beatum Iacobum, Ioan-
nem, & ceteros, ad Apostolatus dignitatem. Primum elegit du-
odecim, quos voluit: deinde eis contulit potestatem remittendi pec-
cata, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quo-
rum retinueritis, retenta sunt; & consecrandi. Hoc facite in
meam commemorationem, quam nos potestatem Ordinis ap-
pellamus: tūm demum eos mittit cum potestate pascendi, non re-
gionem aliquam limitatam, sed uniuersum orbem, quam nos Iuris-
dictionis potestatem vocamus. Eentes in mundum uniuersum
prædicare Euangelium. Rursus, Segregate, inquit Spiritus
sanctus, mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod assum-
psi eos. En Diuina elecio. Quid verò opus erat pluribus, Luthe-
re, si reliquam omnem potestatem Verbi, & Sacramentorum,
à Christo ante acceperant? Nihil plane. At non ita Spiritus
sanctus in Prophetis, qui tunc aderat, loquebatur. Quid sequitur?
Tunc ieunantes, & orantes, imponentesq; eis manus, di-
misserunt eos: ut nimis sine Sacramenti Ordinis initiatione,
quo do-

Luth. Lib. de
ord. Eccl. Mi-
nistri Tom. 2
Hebræ. 5.

Ioan. 20.

I. Corin. 11.

Act. 13.

quo donum, seu potestatem administrandi Sacra menta acciperent,
non discederent. Ac tum demum sequitur missio: Et ipsi qui-
dem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & Cyprū.

LXXX.

DE mū verba ipsa Christi, Hoc facite in meam com-
memorationem, non ad omnes, sed ad Apostolos pertinere, euin-
citur ex ipso Luthero. Afferit enim cum suis passim, & recte:
Quibus dictum est, Comedite, & bibite: ijs quoq; & illud,
quod immediate sequitur, dici, nimurum, Hoc facite in meam
commemorationem. At superius, in sanum planum esse, cre-
dere, illud, Comedite, & bibite, ad omnes homines, non præ-
sentes tantum, esse referendum, cùm ex multis alijs, tum ex Mar-
co docuimus, qui postquam Christus dixit, Bibite ex hoc omnes,
subiicit illico. Et biberunt ex eo omnes: cùm tamen ego ex illo
me non bibisse sciam, cùm Calicem illum duodecim Apostoli to-
rum exhauserint. Non ergo omnes homines Christus ex illo ca-
lice bibere iussit, sed Apostolos. Nec omnes ergo homines, sed
Apostolos tantum iussit facere, quod ipse fecerat. Ad hæc, cùm
Christus ait, Bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis, &
pro multis effundetur. Hoc facite etc, nemo, ne per phrenes in
quidem dicet, Christum omnes mortales alloqui: ne cùm Christus
dicat, Pro vobis, & multis effundetur, dicere cogatur, multos
esse mortales, præter omnes mortales. Quomodo ergo sanus erit,
qui inter Lutheranos credit verbum, Hoc facite in meam com-
memorationem (quod eisdem dicitur à Christo, quibus, Bibi-
te etc) fateatur omnibus mortalibus esse dictum?

LXXXI.

QUare aliquando tandem, suam illam intolerabilem insaniam a-
gnovit Lutherus, & recantauit, sic enim scribit: Omnes quidem
sunt Sacerdotes, quatenus orationum sp: rituales hostias
offerunt, & sui iphius sacrificium: non tamen omnes sunt
Sacerdotes, secundum externū Sacerdotium, quod in mi-
nisterio

In Psal. 82.

68.

nisterio verbi, & Sacramentorum consistit. Quod si (ut ait) non omnes sunt Sacerdotes, secundum externum Sacerdotium, quod in ministerio verbi, & sacramentorum consistit: an potest esse maius sacrilegium, quam ut is, cui nec Christus dixit, Hoc facite, nec Apostoli, aut eorum successores ei potentiam conse-

Tom 2.Lib. crandi contulerunt, corpus Christi consecrare se mentiatur, ut pade abrogantem pro Christo distribuat. Scribis tu alicubi, Quid est, quod da Missa prius ait Dominus, Hoc facite in meam commemorationem: uata parte 2. Panem accipit, & verbo, quo dicit, Hoc est corpus meum, mutat in corpus suum, & dat ad manducandum discipulis. Ergo ne tantum miraculum (quale est Christum sub specie panis collocare) sine Diuina collata à Christo potestate, à laico fieri. Quis sanus hoc credat? An igitur non est luce ipsa clarior, merum esse panem profanum & laicum, quem isti laici, & profani Ministri pro Deo, misero popollo obtrudunt? Merito ergo Lutheri stupiditatem non Caluinus modicum suis, sed Lutherani ipsi detestantur; & nobiscum profiteruntur, Verum Euangeli Ministrum, sine Diuina electione, ordinatore, & missione, non quidem illa immediata à Christo, sed per eos, quibus Christus eam potestatem reliquit, non posse consistere.

Lutherus in Psal. 82. Principio (inquit Chemnicius) certum est, neminem esse legitimum verbi, & Sacramentorum Ministrum, qui legitimam non habeat vocationem. Hieremias 23. Ad Romanos 10. Nec verò vocationis huius ratio talis est, sicut quando Politica, & Oeconomica ministeria constituantur, vel à Patre familias in domo sua, vel ab illis, penes quos Reipub. summa est, sed Deus author, & gubernator Ministerij Ecclesiastici, ius, & autoritatem vocationis, & missionis eorum, quos ~~zue~~ yas in hoc ministerio vult adsciscere, sibi reseruavit, & ad se tanquam ad Dominum messis voluit pertinere. Ideo Christus dixit, Matth. 9. Orate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Hieremias

2. Parte Examen minis pagina 1187. Principio (inquit Chemnicius) certum est, neminem esse legitimum verbi, & Sacramentorum Ministrum, qui legitimam non habeat vocationem. Hieremias 23. Ad Romanos 10. Nec verò vocationis huius ratio talis est, sicut quando Politica, & Oeconomica ministeria constituantur, vel à Patre familias in domo sua, vel ab illis, penes quos Reipub. summa est, sed Deus author, & gubernator Ministerij Ecclesiastici, ius, & autoritatem vocationis, & missionis eorum, quos ~~zue~~ yas in hoc ministerio vult adsciscere, sibi reseruavit, & ad se tanquam ad Dominum messis voluit pertinere. Ideo Christus dixit, Matth. 9. Orate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Hieremias

mix 23. Currebant, & ego non mittebam eos. Ad Ephesios 4. Christus dedit quosdam Apostolos, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores. Actorum 20. Posuit Spiritus sanctus vos Episcopos, pascere Ecclesiam Dei. **Ei tandem concludit**: Ad legitimam igitur ministerij Ecclesiastici vocationem requiritur, ut à Deo sit vocatus, & missus, qui legitimus debet esse verbi, & Sacramentorum Minister. Requirit præterea ordinationem, quæ per Episcopi, & Presbyterij manuum impositionem fiat. *Quod confirmat Pauli testimonij, qui Tito, Timotheo, & alijs ordinem collatum, & cum eo gratiam ad ritè administranda Sacra menta, per impositionem manum Presbyterij affirmat. Eum deinde Ordinem, afferit Chemnicius Sacramentum esse.* Si Ordinatio, inquit, intelligatur de ministerio verbi, & Sacramentorum, iam dum Apologia confessionis Augustanae nostrarum Ecclesiarum sententiam declaravit; nos non grauare Ordinem, & manuum impositionem vocaturos Sacramentū. Quia, inquit, oratio in ordinatione ministrorum innititur mandato, & promissione Diuina. Hoc enim est, quod ait Paulus, Donum, quod in te est, per impositionem manū etc. *Hæc Chemnicius. A quo deinde manus imponi debeant, docet ex Distinct. 67. in qua præcipitur, ut reliqui Sacerdotes, præter Episcopum, à proprio ordinentur Episcopo, ita, ut cives, & alij Sacerdotes assensum præbeant. Hactenus Chemnicius.*

Chemn. pagina 1166.

LXXXII.

CÆluinus vero, primò quidem Ministrorum Ordinationem manuum impositione peragi ait. Apostoli enim (inquit) per manuum impositionem, eum se Deo offerre significabant, quem initiant in Ministrum: fuitq; hic solennis ritus, quoties ad ministerium Ecclesiasticum aliquem vocabant. Sic Pastores, sic Doctores, sic Diaconos consecrabant. *Manum deinde impositionis præceptum esse afferit. Sic enim scribit.*

- Lib. 4. Instit. scribit. Licet autem, nullum extet certum præceptum de manuum impositione: quia tamen, fuisse in perpetuo vsu Apostolis videmus, illa tam accurata ipsorum obseruatio, præcepti vice nobis esse debet. *Hanc eandem manuum impositionem, dum ministri initiantur, ut Chemnicius, ita Calvinus Sacramentum esse à Christo institutum, concedit.* Superest, inquit Calvinus, manuum impositio, quā in veris, legitimisq; Ordinationibus, Sacramentū esse concedo. Et alibi: Quantum, inquit, ad verum Presbyterij munus attinet, quod ore CHRISTI nobis est commendatum, libenter id Sacramenti loco habeo. Illic enim cæremonia est primū ex Scripturis sumpta: deinde eam non esse inanem, sed fidele spiritualis gratiæ signū, testatur Paulus, I. ad Tim. 4. Quod tertium numero non posui Sacramentum: quod non est ordinarium, nec commune apud omnes fideles, sed ad certam functionem specialis ritus. *Episcopum porrò ait in Ecclesia non eligi, nisi consensu omnium Comprouincialium Episcoporum, cum Metropolitano; nec ordinari, nisi trium saltem Episcoporum manuum impositione.* Quid ex Decreto Concilij Nicæni Primi confirmat. Ne verò quis sacro illi Concilio, & Ecclesiæ veteri vniuersæ (quæ cum Clemente, & Anacleto id ipsum semper & verbis docuit, & exemplis) minus fidei haberet, Calvinus de Concilio illo, cum reliquis tribus primis, sic loquitur: Quatuor prima Concilia, Nicænum, Constant. Ephes. Chalcedo. & similia, libenter amplectimur, reueremurq; ut sacrosancta. Nihil enim continent aliud, quam puram & nativam Scripturæ interpretationem. *De Ecclesia* verò illa, Pauli, inquit, præscriptum, & Apostolorū exempla vetus Ecclesia secuta est. Tantum peccârunt non nihil immodica severitate, quod plus requirebant in Episcopo, quam Paulus requirebat, hoc est, Cœlibatum: verum in cœteris, consentanea fuit ipsorum obseruatio cum Pauli descriptione. *Iam ordinationem* Presby-

Presbyteri, ab Episcopo fieri solitam docet, non sine collegio Sacerdotum. Presbyteros, inquit, sola manuum impositione ordinabant; sed suos Presbyteros quisq; Episcopus, cum presbyterorum collegio, ordinabat. Vnde veteres hoc sæpe habent, non differe alia re ab Episcopo Presbyterum, nisi quia ordinandi potestatem non habet.

LXXXIV.

EN tibi, Lutherani, Caluinianisq; conueniunt. Ad verum Ministrum constituendum electionem, saltē mediatam, Diuinam tamē requiri: & prætere à Sacramentum impositionis manuum, seu Ordinis à Christo institutum, ut eo Ministri initiati gratiam, facultatemq; accipiant ad Sacraenta omnia ministranda: id verò Sacramentum, non nisi ab Episcopo, cum collegio Sacerdotū posse conferri: nec ista sufficere, nisi etiam tandem Diuina missio accedat. Quæ si vera sunt, an non constat aperte, Caluinianos, Lutheranosq; (quos vocant) Ministros, non verius Euangelij ministerium exercere, hoc est. remittere peccata, cùm se absoluere fideles dicunt; aut, corpus Domini dare, cùm distribuere Domini Cœnam se iactant; quam si è stiua rusticus, vel à patibulo carnifex Ministru se compellans, à peccatis absoluueret, & panem profanum porrigeret? Proferant enim vel vnum, ex tanta Ministeriorum colluie, ad quem ordinandum, Episcopus ritè consecratus (hoc est, ut a Caluinus vult & tota Antiquitas) à tribus veris Episcopis, consensu Comprovincialium, & Metropolitani, cum Presbyterorum ritè ordinatorum Collegio, conuenerit. Quod si ne fingere quidem, aliquem se habere tales, audent: qui tam stupidus est, qui non videat, nullum apud illos esse Ministru, qui ritè ordinatus, Sacramentum impositionis manuum à Christo institutum, & gratiam ad conferenda Sacraenta necessariam, acceperit: ac proinde eorum nullum mysteria Domini ritè conficeret; nullum præter panem in cœna Domini quicquam porrigeret? Quo uno fideles non modò pretiosissima Christi carne, & sanguine (sine

K

quibus

- ^a Lib. 4. inst. cap. 4. par. 14
- ^b Canon. A postolorū 1. Clemens lib. 3. Constit. cap. 20.
- Anacl. Ep. 2.
- Concil. Nic.
- Can. 4.
- Carthag. 4.
- Can. 2.
- Arclatense 1.
- Can. 21.
- Arclaten. 2.
- Can. 5.

72.

quibus neminem habiturum vitam, Dominus ipse affirmat) defraudent: sed etiam, quod longe iniquius est, merum panem porrigentes, carnem tamen Christi se porrigere dicunt; ut nimis, cum vere non nisi panem profanum porrigant, nec fideles vere nisi membrum panem comedant, pro carne tamen Christi panem, per summam idolatriam adorent.

LXXXV.

SED (ut liberalissime agamus cum istis) esto, non sit munus ordinandi Ministros demandarū solis Apostolū, & Episcopis successoribus, sed etiam Presbyteris: nulloq; differant, nisi quod (ut Calvinus vult) illi praēire debeant, isti subsequi. Imo neq; hoc requiratur: sed sine Episcopo, soli sacerdotes congregati (ut Puritanū volunt, qui hac in re nobis maximē aduersantur) consecrare, & ordinare possint. Quin plus etiam dono, unus Sacerdos (quod tamē vel insanissimus hæreticus hactenus dicere est ausus nullus) possit ordinis Sacramentum conferre, & Ministros Ordinare. Quid dicemus de nostris omnibus Lithuaniae Ministris, quibus non Episcopus, non collegium Sacerdotum, sed nec Diaconus quidem, aut Subdiaconus manus imposuit, & Sacramentum Ordinis consulit? Quid hic mutient? An ad Superintendentes illos suos configurient, ut ab eis se veram Ministerij ordinationem accepisse concludant? At ita ordinatos, nec Calvinianæ, nec Lutheranæ Ecclesiæ pro Ministris agnoscent. Hi enim omnes, non nisi a tribus Episcopis, cum consensu Comprouincialium, & Metropolitani, posse Episcopum consecrari, ut docuimus, assuerant. Quod etiam obseruare sese usq; ad hodiernam diem, Anglicana Ecclesia gloriatur. Sic enim Tuellus Anglus scribit: Nostrī Episcopi eo modo, & ordine nunc ordinantur, quo semper hactenus sunt ordinati, scilicet per liberam electionem Capitulii, per consecrationem Archiepiscopi, & trium aliorum Episcoporum, & per Principiis (Papissam Anglicanæ Ecclesiæ intelligit) admissionem, Presbyterum vero non nisi ab eiusmodi Episcopo ritè consecrato, cum Collegio

In defensio-
ne Apol. An-
glicane, pag.
1520.

Collegio Presbyterorum, posse iniciari, omnes definiunt. At, ut de reliquis taceam, certè nostri Polonie, & Lituaniæ Superintendentes, non Episcopos, non Sacerdotes, non Sacris initiatos, sed planè laicos esse, laniōnes, nimirum, futores, mercatores, ganeones, & id genus homines, ridiculus effet, qui ambigeret.

LXXXVI.

Sanè, ut Scripturæ loca ponderemus, ubiung illa mentionem facit impositionis manuum, nunquā eam laicus tribuit. Ordinantur per impositionem manuum Diaconi; imponunt eis manus Episcopi. Ordinantur Paulus, & Barnabas; Prophetæ & Doctores illis manus imponunt. Ordinatur Timotheus; sed non nisi impositione manuum Presbyterij. Timotheum iam ordinatum Episcopum Paulus monet, Ut nemini citò manus imponat. Et alibi, Resusciata, inquit, gratiam, quæ data est tibi, per impositionem manuum mearum. Nec aliter, quam per impositionem manuum, creabant per omnes Ecclesiæ Episcopos, & Presbyteros Paulus, & Barnabas. Negat aliam ob causam, nisi ut per eandem impositionem manuum crearet Presbyteros, Titum Episcopum se Cretæ reliquisse, Paulus affirmat, Quod idem 1. Canon Apostolorum, & 4. Niceni Concilij, & 2. Concilij 4. Carthag. confirmant: & deniq; inauditum est, Episcopum à non Episcopo ordinari. Quod ipsum etiam fatentur Aduersarij omnes. Hoc (inquit Caluinus) postremò habendum est, non vniuersam multitudinem manus impositionis Ministris, sed solos Pastores, hoc est (ut ipse sæpe explicat) Episcopos, & Presbyteros. Negat hoc Caluinitus sine scelere inexpibili negare, iam integrum est. Nam Ecclesia illa, omnium (iporum sententia) quæ in orbe sunt, reformatissima Anglicana, et si in duas partes, nimirum, Papistæ, & Puritanorum, hoc est, mollium, & rigidorum Caluinistarum, diuisa sit, & differant illæ quidem, quod Papistæ partes totam Ministrorum Ordinationem ad unum Episcopum referendam; Puritani verò (hoc est, rigidissimi, seu purissimi Caluinistæ) non ad solum Episcopum

K ij

scopum

Act. 6.

Act. 13.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5.

2. Tim. 1.

Act. 14. 1

Tit. 1.

Lib. 4. instit.
cap. 4. par. 16

Ioannes Whitinganus An glus Caluini sta in opere cont. Puritanos pag. 137. 225. & 227.

scopum, sed ad uniuersum Clericū spectare putant: Attamen il-
lud inter utrosq; conuenit, Ordinationem Ministrorum non ad La-
icos, qui consecrati non sunt, nec potestate conferendi Sacramentū
Ordinis acceperunt, sed ad Episcopos, & Presbyteros, quibus
id munus est demandatum, referendam esse. Quare sic Pa-
pius & Archidiaconus Pseudoepiscopum alloquitur, dum Ordinan-
dos ipsi presentat: Reuerende in CHRISTO Pater, præsen-
to tibi has personas, ut admittantur in Sacerdotes: quibus
Pseudoepiscopus, merè laicus, manibus impositis: Accipite, in
quit, Spiritum sanctum. An igitur hos, qui nec à falso quidem
Episcopo, sed ab ipsis merè laicis Superintendenteribus fiunt Sini-
stri, verè Ministros Euangeli dixisset Caluinus, seu Anglicana
Papissa? Scilicet approbassent illi Derpatensium non minus ridi-
culum, quam miserandum ritum, non modò à coeteris Sectarijs,
sed ab ipsis etiam Derpatensisbus explosum: dum, nimurum, Lai-
corum turba initandum in Ministrum circumdabat, & quasi
ignem excitare vellent, in eum omnes insufflabant, atq; ita se Spiritum
sanctum, & Ordinis Sacramentum, ad coetera Sacra-
menta ministranda, à Christo institutum, contulisse, sibi plane inepiti

In Histo. Li-
uonica pag.
31.

persuadebant. Derpati, inquit, Bredembachius, principiò
ordinandus in genua coram Senatu prouoluebatur, singu-
li Senatores in illum insufflabant, quo denotabant se Spiritu-
m sanctum in eum profundere. Sed abolitus hic ritus est.
Quid? An non istorum omnium Ministrorum sententia, ni-
si Minister, nemo Sacraenta ministrare potest? Cùm ergo Su-
perintendentes hi, se Ministros non esse, sponte fateantur: quo-
nam, obsecro, modo Sacramentum Ordinis, seu impositionis ma-
nuum, ministrant? Quomodo, non accepta ad hoc potestate, Spi-
ritum sanctum dispensant? Quomodo potestate administrandi
Sacraenta conferunt, quam ipsi non habent? Quomodo uon erube-
scunt, alios initiare ordine, quo ipsi carent: si nullus (vt proba-
rum est abundè) potest conferre potestatem remittendi peccata,

& con-

& consecrandi, nisi is, cui eadem potestas sit à Christo, per Apostolos, aut eorum successores collata? Ex quo evidentissime consequitur, eos, qui ab iis laicis Superintendentibus Ministri pronunciantur, nullum plane Ordinis Sacramentum, nullam potestatem consecrandi, aut remittendi peccata accipere. Quare certe in hac parte, longe maius veritatis, & salutis studium Lutherani, quam Calvinistæ ostenderunt, qui veritatem agnitam fateri maluerunt, etiam cum pudore, quam salutem negligere, & contra veritatem apertam pugnare. Quamobrem Husitæ in Bohemia, cum veris se Episcopis, & Sacerdotibus destitutos agnoscerent, & ab Episcopo Pragensi Catholico, ut ordinarentur quidam ipsorum, frustra tentassent, longius profecti, simulate & sacrilege ad ordinationes Episcoporum Catholicorum irrepserunt. Germani autem in Comitijs Imperialibus per Principes Protestantes, ut ipsorum Ministris manus Catholici Episcopi Misnensis, & Namburgensis imponerent, diu multumq; contenderunt, sed impetrare minimè potuerunt. Haec tenus prorsus laicos esse Zwingliocalvinistæ, & Lutheranos Ministros, ex Sacramento Ordinis, quo plane carent, ostendimus: nunc idem ex eo, quod electionem quoq; nullam habent, docebimus.

Turrian.lib.
2. de ordinis
dis Ecclesiæ
Ministris.

Staplatonus
lib. de Eccles.
sia 5. Cap. 15.

LXXXVII.

Impie, & ineptè faciunt Calvinistæ, dum in vocabulo της Χερονιας (cuius Lucas in Actis mentionem facit, dum à Paulo, & Barnaba per singulas Ecclesias Episcopos constitutos fuisse narrat) latibulum querunt. Qua voce significari volunt, populū in electionibus suā sententiā manū elevatione declarasse: ut vel hac ratione legitimā Ministeriorū electionē se habere, persuadeat imperitis. Impie namq; faciunt, quia aperterè Scripturā deprauant: stuleverò, quia licet id daremus, nihil omnino inde, nisi contra se concluderent. Ac primū quidem illud patet, nam Lucas est usus verbo Χερονιώ, quod nullo modo nisi ad Paulum, & Barnabam referri potest; sic enim Lucas habet: Et postera die profectus est Pau-

Act. 14.

76.

est Paulus eū Barnaba in Derben, cumq; Euangelizassent Ciuitati illi, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorū etc. Xεροτονίαντες οὐδὲ αὐτόis τερεσθετέροις κατ' ἐκκλησίαν τερεσθετέροις voi μετανισεών, hoc est, Cōstituentes eis præbyteros per Ecclesiās, et orantes, cum ieiunationib; etc. At quis hīc sanus dubitare potest, totā periodū ad Paulum & Barnabā, non ad populū referrit? Quos enim dixit euangelizasse ciuitati illi, eos dixit constituisse Presbyteros per Ecclesiās, & cōmendasse eos DĒO, in quem crediderunt. Accedit, quod si hoc verbum, Xεροτονία hīc significaret declarare sententiam eleuatione manuum (ut isti volunt) dicere necessariō cogeremur, sensum verborum Luce esse: Paulum & Barnabā suam sententiam manuum eleuatione declarasse. Participium enim illud Xεροτονία, quo Lucas vſus est, ad Paulum & Barnabā, quos solos nominauerat, referatur oportet. Deinde si Lucas hoc verbo, Xεροτονία significat Paulum & Barnabam creasse Presbyteros eleuatione manuum populi: non ergo significat eodem verbo, creasse Paulum & Barnabam manuum suarum impositiōne Presbyteros: quod tamen omnes Aduersarij docent. Iam quod seipſos imprudenter impugnant, dum afferunt, ad electionem, preter Episcopi, & Collegij Presbyterorum suffragia, etiam populi approbationem requiri, est luce clarius. Inde enim concluditur, Non modò sine Episcopi, cum Collegio Presbyterorum suffragio, sed etiam sine populi Xεροτονίᾳ eligi Ministrum posse: quod tamen ipſi non faciunt.

LXXXVIII.

Sed neq; hoc ipsum, quod assumunt (Electiōnē Ministrorum vel totam, vel certè partem eius ad plābēm pertinere) verum est. Nam ex eo, quod Paulus Episcopos, & ille idem cum Barnabā Lystri, Iconi, & Antiochiae Presbyteros creauit, quos plābs (cui erant bene perspecti eius regiones homines) manuum eleuatione, optimos, & dignissimos esse significauit, nihil planè sequitur alii-

tur aliud, quād, *Ad populum*, *Magistratumq; qui mores homi-*
nū perspectos habent, spectare, præbere testimonium, nominare
& proponere eos, qui Ministri constitueri videantur: ne (ut
Concilium Carthag. tertium ait) uno circumuento Episcopo frau-
de, aliquis inquis irrepatur in Ministerium. Et præterea, Curan-
dum maxime esse, ut non nisi, qui populo, & Magistratibus pro-
bantur, ab Episcopis ordinentur, ne eveniat (quod sine magno scan-
dalo esse non posset) ut populus postea vel non recipiat ordi-
natos, vel non libenter pareat, aut minus eos honoret. Hoc itaq;
agebatur tunc, ut inuitæ plebi non daretur Episcopus, vel Mini-
ster: non tamen ita, ut cogarentur Episcopi admittere, quemcunq;
plebs postulasset, ut patet ex Canon. 1. & 2. Græcarum Synod.
a Martino Braccarense collectarū, et Epist. Calestini 2. ad Anto-
nianū, & Decreto Stephani Papæ D. 43. cap. Nossæ. Plebi namq;
sola suffragia, non autem electionem veram, quæ per subscriptio-
nem fieri solebat, fuisse concessam, constat ex Concilio, Laodic.
Can. 12. & 13. & ex D. Hieron. in Epistola ad Euagrium, nec nō
ex D. Leone Epistola 87. in qua ille singulorum in electione pro-
pria distinguens officia, vota requiri ciuium, & electionem
Clericorum, affirmat. Deinde vero, quam Clericorum electi-
onem intelligat, explicans: Clericorum, inquit, subscriptio-
nem, honoratorum testimonium, Ordinis & plæbis con-
sensum. Itaq; Nominatio populo aliquando dabatur, alicubi ali-
quando Clero (ut ex Concil. 2. Arelaten. Can. 35. patet) sicut &
modò alicubi Regibus: at electio vera nunquam nisi Sacerdotibus
fuit concessa, quod certè ipsa Scriptura confirmat. Paulus enim
ad Hebr. 5. Nemo, inquit, assumit sibi honorem, nisi qui
vocatur à DEO, tanquam Aaron. Aaronem autem non per
populum à DEO, sed per Moysen vocatum esse, qui nescit. De-
inde populum nihil posse in Ordinatione Ministrorum CHRI-
STI, nisi quantum ei à CHRISTO, & Apostoli est concessum,
nullus negabit. Atqui Petrus sic populum alloquitur: Consi-
derate

In Rituali
Romano in
Ordinatione
Sacerdotum.

derate ergo viros septem, boni testimonij, quos constitua-
mus super hoc opus. Nihil autem hic à Petro populo committi-
tur, nisi ut consideret viros boni testimonij, quos Apostolus ap-
probando, & ordinando proponat. At hoc quid aliud est,
quam habere ius nominandi? Unde frequenter etiam, sine ullo po-
puli consensu, ordinatos esse Episcopos, testari videtur Scriptura,
dum Paulum & Barnabam per Ecclesias multas, et Titum Cretæ
Episcopos constituisse, nulla facta populi mentione, commemorat.
Constat præterea, frequenter Apostolos elegisse Episcopos, eosq;
gentium populi proposuisse; nec raro eodem reuocasse, & alio
allegasse. Negi hic quicquam valet cauillum Chemnicij, qui id
sine populi consensu factum esse negat. Quo namq; obse-
cro, iure eligi poterat ab uno populo, Episcopus alterius populi,
si Diuino iure Episcopi electio ex voluntate populi, cui præesse
debet, dependet? Quid multa! Electionem ipsam ad Clerum
spectare: populorum tantum vota, ob causas dictas, requiri, faten-
tur Caluinus demum ipse, & Chemnicius, ac plæriq; alij.

LXXXIX.

Lib. 4. instit.
cap. 4. par. 12

Est quidem, inquit Caluinus, & illud optima ratione san-
ctum, in Laodiceñ. Concilio, ne turbis electio permittra-
tur: ferè enim illud verū est, Scindi incertum studia in con-
traria vulgus. Si quando igitur à multitudine incipiebatur
electio, tantum id siebat, ut sciretur, quem potissimum ex-
peterent. Auditis popularium vocibus, Clerici demum
eligebant. Hæc ille; quem Ordinem multis deinceps testimonij
confirmat. Quid Lutherani? Et ij quoq; & quidem apertiū no-
minationem eius, quem cuperent, populo; electionis summā in Epi-
scopum, & Clerum deferunt. Hoc loco, ait Chemnicius, quæ-
ritur, quorum suffragijs electio, & vocatio illa fieri debeat,
ut statui possit, eam esse Diuinam. Et sunt huius rei exempla
in Scriptura certissima. Act. 6. Cum eligendi, & vocandi essent
Diaconi, Apostoli, conuocata Ecclesia, proponunt doctrinam, &
regulam,

Chemn. par.
te 2. Exam.
pag. 1190.

regulam, quales, & quomodo eligere debeant: & electi si stantur coram ipsis Apostolis, ut ipsorum iudicio electio approbetur, an recte facta sit. Illi verò orantes, impositione manuum electionem approbabant. Et clarus alibi: Illud quoq; in historia Apostolica utile est obseruare, quod aliquando Ecclesia eligebat & proponebat; Apostolorum verò iudicio subiiciebatur electio. Concludit demum Chemnicius: Itaq; semper in legitima vocatione, tempore Apostolorū, aderat, & requirebatur consensus Ecclesiae, iudicium & approbatio Presbyterij. Quo iure ipsam se plebem abdicasse, sponte affirmat Caluinus. Paulo post tempore, inquit, in reliquis Ordinibus, excepto Episcopatu, plebs Episcopo, ac Presbyteris iudicium, deletumq; permisit, vt cognoscerent, quinam idonei ac digni forent. Quod iam tempore Concilij Niceni, non modo de Presbyteris (quod tamen nobis esset satis) sed etiā de Episcopis in usu fuisse, aperte constat ex Concilio Arelatenſi 2. circa annum Domini 326. celebrato sub Sylvestro Papa, & Constantino I. Nam primò rem totam, quæ spectat ad creationem Episcopi, ad tres præsentes Episcopos, & Comprouincialium consensum, per literas significatum, refert, deinde subdit hæc verba: Quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, maiori numero Metropolitanus in electione consentiat.

XC.

SED & hoc quoq; donemus; Tota nominatio, imò etiam electio Presbyteri ad populum spectet (quod falsissimum esse, etiam Caluinus fatetur) certè illud negare nō possunt, quod etiā quisquam non modò nominatus Presbyter, sed etiam electus Episcopus, sine Episcopo & Clero esse posset: tamen simpliciter Episcopum, vel Presbyterum esse non posse, donec ab Episcopo cum Clero, collato impositionis manuum Sacramento, & gratia ad Sacra-menta ministranda inauguretur. Quis enim sine Sacramento, ad constituendum Ministrum à Christo instituto, Minister esset le-

L

gitimus,

Loco Citato
pag. 1192.

Lib. 4. instit.
Cap. 4. par.

10.

80.

gitimus? Quomodo remittet peccata, qui à Christo gratiam eius potestatis non accepit? Elegit quidem Deus Paulum, & Barnabam in ministerium. Segregate mihi, inquit, Paulum & Barnabam in ministerium, ad quod eligi eos: at illos, ne à Deo quidem electos, sine Sacramento impositionis manum, Prophetae, qui aderant (ut Scriptura testatur) ad ministrandum accedere passi sunt. Orantes, inquit Lucas, & imponentes eis manus, dimiserunt illos. Rursus, Elegerunt, inquit, de multitudine loquens, Stephanum plenum fide, & Spiritu sancto, Philippum, & Procorum. Sed numquid hec satius esse duxerunt, ut Ministerium exercearent? Minime. Hos, inquit Lucas, statuerunt ante pedes Apostolorum: ut nimur ab eis acciperent, quod neglexerat illis, neque dare poterat multitudo. Unde subdit, Et orantes, (Apostoli scilicet) imposuerunt illis manus.

XCI.

Quid igitur illi ad hæc? An ad Lutherum, qui Sacerdos fuit, & Monachus, suorum Ministrorum ordinationem referens? At non Presbyterum, sed Episcopum conferendi Ordinum sacramentum à CHRISTO potestatem per Apostolos accepisse, & Scriptura aperte docet, & confirmat Antiquitas. Timotheum certè 2. Timot. 1. impositione manuum suarum inauguratum, Paulus Apostolus testatur. Admoneo te, inquit, ut Suscites gratiam, quæ in te est, per impositionem manuum mearum. Nam quod in posteriori Epistola ad Timotheum, Cap. 4. de impositione manuum Lib. 4. insit. Presbyterij dicitur, Caluino ipso authore, non ita accipendum Cap. 4. par. est, quasi Paulus de Presbyterorum collegio loquatur, cum expressè antea dixisset, Timotheum non omnium Presbyterorum, sed suarum manuum impositione ordinatum: sed hoc nomine, ordinem ipsum Presbyterij, quem ei contulerat, intelligit; quasi dicat, Fac, ut gratia, quam per manum impositionem acceperisti, cum te Presbyterum crearem, non sit irrita. Alibi vero, Ideò, inquit,

quit, te Cretæ reliqui, ut constituas Episcopos, & Presby- Ad Tit. 1.
teros per Ecclesias. Rursus Paulus & Barnabas Episcopi, con- Act. 14.
stituunt Presbyteros in singulū Ecclesijs, in quibus euangelizabantur. Sed quid illo clarius, Manus nemini citò imposueris? 2. Tim. 5.
Iam antiquitas vniuersa nil clamat aliud. Citat contra nos Cal- Lib. 4. inst.
uinus Anacletum in Epistola 2. ad Episcopos Italiae, quæ verba Cap. 4. par.
a Gratiano referuntur Dist. 67. At ibidem habet Anacletus, 10.
Ut Episcopus non nisi à tribus Episcopis ordinetur, reli-
qui Presbyteri à proprio ordinentur Episcopo. Citat Chemnicius contra nos Clementem, citant uterq. Chemnicius, &
Caluinus Apostolorum Canones: at primus, & secundus Canon
nil continent aliud, quam ut Episcopus à duobus, aut tribus, Pres-
byter ab uno Episcopo ordinetur. Clemens vero sic scribit: Cùm Lib. 8. const.
ordinas Presbyterum, o Episcope, manum super caput Apost. Cap.
Presbyteri ipse impone, assistentibus tibi Diaconis. Quid 24.
quod nec Caluinus quidem, aut Chemnicius hoc negare sunt ausi:
Scribunt enim, suos quemq; Episcopum Presbyteros ordinasse:
Vnde veteres hæc sèpè habere, non differre alia re ab Episcopo Calu. 4. inst.
Presbyteros, nisi quia hi ordinandi potestatem non habent. Ve- Cap. 4. par.
rùm id idèo à veteribus dictum volunt, quia quanquam idem age- 15.
bant Episcopus, & Presbyteri, dum ordinarent, præbat tamen Chemn. 2.
Episcopus. par. Exam.
pag. 1183.

XCII.

SED ne hac quidem cautione quicquam contra nos adferunt.
Quamvis enim Ministros simul cum Episcopo partialiter ordi-
nare velint: fatentur tamen ambo, Presbyteros non nisi à suis
Episcopis ordinari posse. Deinde vero aperte mendacijs arguant
omnem antiquitatem, quam laudant. Si enim, ut ipsi aiunt, non
minus Presbyter, quam Episcopus haberet potestatem conferen-
di Sacramentum Ordinis: an posset esse apertius mendacium.
quam quod veteres omnes asserunt: Hoc uno differre ab Epi-
scopo Presbyterum, quod ille habeat, iste non habeat ordinan-

di potestatem? Quo obsecro modo (ut nihil iam de Anacleti-Apostolicis, ac Nicenis Canonibus dicam) Epiphanius verba excusabunt, qui sic contra Aerium Hæreticum scribit: Dicere ipsum Episcopum, & Presbyterum æqualem esse, quomodo erit possibile? Episcoporum enim ordo Patrium generatorem est (Patiens enim generat Ecclesiæ) Presbyterorum vero per lauaci regenerationem generat filios Ecclesiæ, non tamen Patres, aut Doctores. Quid ad Areopagitam dicent, qui de Eccles. Hierach. Cap. 5. Lex, inquit, Diuina, excellenter attribuit ordini Episcopali, super reliquos ordines, Diuiniores sanctificationes. Quamuis enim à Sacerdotibus quædam mysteria symbolica impleantur, ut Baptismus, aut confessio Eucharistiae, tamen Baptismus non celebratur solenniter sine chrismate, & Eucharistia cohabetur in altari: Chrisma autem, & altare non nisi ab Episcopo consecratur; sed neq; aliquis fit Sacerdos, nisi ab Episcopo consecratus. Vnde diuinitus est ordinatum, ad solum Episcopum pertinere Sacerdotum, Chrysostomus, & altaris consecrationem. Et in secunda parte, Sacerdos, inquit, qui consecrandus est, vtrumq; genu flectens, Episcopo eum consecrante, & manum capiti eius imponente, sanctis invocationibus consecratur. An non et illa Hieronymi apertissima verba sunt? Quid facit excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non facit? Chrysostomo autem quid clarius, affirmante Episcopum sola ordinatione Presbytero esse maiorem. Athanasius irridet Ischyra Presbyteratum inanem, quod non ab Episcopo, sed à Presbytero, per summum scelus, non tam consecratus in Presbyterum, quam profanatus sacrilegè fuerit. Gelasius, Presbyter, inquit, meminerit, sibi nulla ratione potestate cōcedi, sine summo Pontifice, Subdiaconū, aut Acolitū faciendo. Alexandrina Synodus, apud Socratē, Rumorem, inquit, dissipauit Ischyras, impetu clam in se factum, et nihil non contumeliarū perpeccum; et Machari-

Epist. ad Eusebium.

In cap. 26.
Matth. &c in
cap. 8. prioris
ad Cori.
Apolog. 2.
circa mediū.
Epist. 3.

Socr. lib. 1.
Hist. Cap. 10.
Theod. lib. 2.
Cap. 8. Athas

Macharium Athanasij Presbyterum in altare insultasse, & mem-
sam Domini euertisse, poculumq[ue] mysticum confregisse. Cui accu-
sationi aliud non respondit Athanasius, quam, Ischyram, cum
Presbyter non fuerit, ut pote, cui non Episcopus, sed Colythus
quidam Presbyter manus imposuerat, Eucharistiam conficere
minime potuisse: ac proinde nihil peccasse Macharium, si eun-
dem ab altari auulsisset. Demum sic Ambrosius, sic Possido-
nius, sic Damascenus, sic Concilium Antiochenum, & Carthag. 3.
cui interfuit Augustinus, sic Hispanense, & Nicenum Concil. 2.
& 8. Synodus generalis definierunt. Neq[ue] id ipsi Aduersarij
negare possunt, nisi damnati heretici Aerij (afferentis, nullo
differre Episcopum à Presbytero) quem detestantur, heresim
amplectantur. Cum enim, ut ipsi docent, magistra antiquitate
tota, Episcopus non differat à Presbytero, nisi in ordinandi pote-
state, quam habet Episcopus, & qua caret Presbyter: profecto,
si hoc discrimen tollunt, Aerianos se esse, aperte fatentur.

natus Apol.
2. profuga
sua.

Ambr. lib. de
dignitate Sa-
cerd. Cap 5.
Possid. in vi-
ta August.
Cap. 5.
Damasc. Ea-
pist. 4. de Co-
repiscopis.
Con. Antio-
che Can. 10.
Hispal. can. 5
8. Synod ge-
neñl. act. vlt.

Caluin. lib. 4
inst. Cap. 4.
par. 15.
Chemnic. 2.
parte exam.

CXIII.

NEque valet quidpiam effugii illud ineptum, quod Caluinus inuenit, et Chemnicius arripuit audebat Presbyterum, et Episcopum differre humana institutione, non Divina. Nam si in eo differunt, quod Episcopi habeant potestatem conferendi Sacramentum Ordinis, Presbyter non habeat, ut Caluinus, et Chemnicius fatentur Antiquitatem omnem afferere: certe cum potestas Sacramentorum non nisi a Deo con-
ferri posset, nec nisi a Deo adimi, vel mutari, necesse est Divino, non humano iure differant. Sed sit sane idem plane Ordo, eadem po-
testas Episcopi & Presbyteri. An non vident Aduersarij, quanto hinc evidentius conuincantur? Nemo enim ipsorum ambigit, Epi-
scopum non nisi a tribus Episcopis, non dico eligi, sed nec ordi-
nari posse: cum præter Nicenum Concilium, quod in confirmationem huius veritatis citat Caluinus, Arelatense primum sub Syl-
uestro Papa, & Constantino Magno celebratum, sic scribat: De
his,

84.

Arelatense
primum Ca-
none 21.

Arelatense
secundum
Canone 5.

his, qui usurpant, quod soli debeant Episcopum ordinare, placuit, ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum alijs septem Episcopis: quod si non potuerint septem, sine tribus non audeant ordinare. Quod Arelatense secundum circa annum Domini 326. celebratum renouauit: Nullus, inquit, Episcopus, vel Metropolitanus, sine tribus Episcopis Comprouincialibus, præsumat Episcopum ordinare. Quod si idem est omnino Ordo Presbyteri, & Episcopi: certè nego Presbyterum, nisi à tribus Episcopis ordinari licet. Ordinis enim Sacramentum, à Christo institutum, si unum est in utroq. utrobiqui profectò eosdem requirit Sacramenti Ministros. Neq; enim mutare potest Ordinis Sacramentum Diuinum, humana institutio. Ergo hinc habent aliud nihil Aduersarij, quam ut, cum nos dicamus ad Presbyteri ordinationem satius esse unum Episcopum, ipsi tres necessarios esse contendant: ut sic apertius pateat, quales habeant ipsi Ministros, quibus ne unus quidem Episcopus manus imposuit.

XCIII.

Quem igitur ordinem, quam potestatem consecrandi, aut remittendi peccata, poterit conferre Lutherus, qui Episcopus nunquam fuit? At demus hoc illis: idem planè sit Episcopus, & Sacerdos: etiam habeant potestatem consecrandi, ita ut omnino nil differant. Quid censendum erit de Coetus Lituani i Ministris, quibus ne Lutherus quidem, nec ullus verus Sacerdos manus imposuit? Nam Aerius quidem, Ministrum à Lutherò (si tamen adessent coetera, quæ diximus omnia) ritè ordinatum diceret: at eum, cui non Lutherus Sacerdos, Sed laici meri manus impoſuissent, idem ille deceptorem proclamasset. Eant nunc ergo, quibus non satius est una species in Ecclesia Catholica, sub qua verè, & realiter corpore, & sanguine Christi pascuntur fideles. & ad Pseudoministros suos se conferant: à quibus non solum fraudentur vera, & reali manducazione Christi, sed etiam, dum merum, & solum



¶ solum panem comedunt, carnem tamen Christi se suscipere
credant, & veri idololatræ, panem pro Christo adorent, ut in
eorum corda Sathanas non minus, quam in cor Iudei simul cum
buccella intravit, ingrediatur.

FINIS.



Errata, quæ, dum excuderetur liber, irre-
pserunt, sic corrigē.

Página 2. ver. 3. pro inficiuntur, lege inficiantur. Pag. 5. ver. penultimo, pro cōmunionem, lege cōmunicationem. Pag. 6. in margine, pro pag. Gog, lege pag. 606. Pag. 13. ver. 23. pro incepte, lege, ineptæ. Pag. 14. ver. 17. pro Synechdochæ, lege Synecdochas. Pag. 24. ver. 20. pro suos, lege, suas: & ver. 23. pro Diuisam, Diuisum. Pag. 25. in margine, pro Lirer, lege Tertull. Pag. 28. in margine, pro viri, lege vita. Pag. 73. ver. 2. pro nostri, lege, nostros. Folij s̄ sequentibus, lege plebs, aliquoties, sine Dyphtongo. Pag. 52. ver. 15. post verba illa, quia error, adde, inde pullulare cœpit. Cœtera prudens lector facile emendabit.